



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Monachorvm D. Bernardi, S. R. E. Cardinalis, Et
Abbatis Cassinensis**

**Arnulfus <de Boeriis>
Bernardus <Ayglerius>**

Dilingæ, 1616

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48585](#)



Th. 2842.

g. III
31.

SPECVLVM MO-
NACHORVM
D. BERNAR-
DI, S. R. E. CAR-
DINALIS, ET
ABBATIS CAS.

Collig. Socet. J. Iu Pad.
SINENSIS,
OPVSCVLVM VT IN-
signiter pium & eruditum, ita
omnibus Religiosis, præsertim
S. P. BENEDICTI Regu-
lam profitentibus
utilissimum.

€ 33
DILINGÆ,

Apud Viduam IOANNIS
MAYER.

Anno M. D C. XVI.

EX LIBRO SE-
CVNDO IOAN-
NIS TRITHEMII
ABBATIS SPANHEIMEN-
sis de viris illustribus Docto-
ribus, & præcipuis Scripto-
ribus Ordinis Sancti Pa-
tris Benedicti.

Cap. 130.

Bernardus Abbas
Cassinensis , in
Scripturis San-
ctis studiosus &
eruditus , regularis discipli-
næ zelosus amator , ingenio
subtilis , consilio promptus ,
): (2 sen-

Sententia solidus, eloquio
pertus & compositus, scripsit
quædam præclara opuscula,
de quibus ego tantum repe-
ti subiecta. In Regulam San-
eti Benedicti Lib. i. Specu-
lum quoque Monachorum
Lib. i. Vtrum omnia Regulæ
cadant sub præcepto. Cæ-
tera quæ composuit, ad
notitiam meam non
venerunt.

INDEX

I N D E X.



INDEX CAPITV. LORVM

P A R S P R I M A.

In qua forma Monasticæ
professionis exactè de-
claratur.

ROLOGVS, in quo inten-
tum Authoris, & parti-
tio totius operis detegi-
tur. Pagina 1.

Cap. I. De Professionis forma, & tri-
bus quæ in eadem professione con-
nentur, in genere. 6

II. De stabilitate in specie: & de sep-
tem causis quæ ad eum sedulo obser-
uandam faciunt. 15

III. De remisso descensu: & de pœni-
sibi

3

I N D E X.

- sibi debitū: Item de quatuor eiusdem gradibus. 36.
IV. De damnabili Monachorum ad sæculum reditu. 49
V. De eorundem transitu ex Monasterio ad Monasterium. 59
VI. De vago & curioso discursu. 68
VII. De vera Morum conuersione. 84
VIII. De vera Conuerzionis Morum impedimentis vitandis. 109
IX. De obedientia & de sub eadem viventibus. 117
X. Quæ in Regula habeant vim præcepti, & quæ consitij. 142.

P A R S S E C V N D A.

In qua temere profitentes & malè in Monasterijs viventes redarguuntur: & utilia profitentibus inseruntur.

Cap. I.



I N D E X.

Cap. I. De duobus qua in Professione
nerequiruntur, ad hoc ut de-
bito modo fiat. 179

II. Quanta reprehensione sit dignus:
qui iam Professus male in Monaste-
rio conuersatur. 190

P A R S T E R T I A.

In qua negligentes Prælati
reprehenduntur, & ut in me-
lius progrediantur, verbis
Sacræ Scripturæ acriter
extimulantur.

Cap. I. Quam culpabilis & execra-
bilis fit in Prælatis defectus bo-
ni exempli, negligentia correctionis,
nimia temporalium sollicitudo, &
spiritualium omissionis. 216

II. De detestanda Prælatorum negli-
gentia Conuentui necessaria proui-
dendi. 256

III. De

I N D E X.

- III. De damnabili eorundem, Infirmis,
pauperibus, ac hospitibus prouidendi,
incuria. 267
- IV. De indiscreta ac periculosa pro
temporalibus fratrum expositione.
(279.
- V. De saluberrimo spiritualis lectionis
exercitio frequentando. 285



INCI-

INCIPIT SPE-
CVLVM D. BER-
NARDI ABBATIS
CASSINENSIS, DE HIS
AD QVÆ IN PROFESSIONE
obligatur Monachus. Et quæ sunt
in Regula quæ habeant vim
præcepti, quæ mandati,
& quæ consilij.

PROLOGVS. EIVSDEM.



RÆCORDIALIS-
SIMIS Fratribus
Ioanni Decano,
Thomatio Vice-
decano, sacroq;
Conuentui Cas.
finensi beatissimi Patris Nostri Be-
nedicti; Bernardus successor indig-
A nus,

2 SPECULI D. BERNARDI

nus, in rore cœli, & pinguedine
terræ benedictionem, quæ Fratri-
bus in vnum habitantibus promit-
titur, & debetur &c.

Frequenter pulsatus, & à mul-
tis temporibus maximè modernis
quando missus eram de mandato
sedis Apostolicæ, ut agerem quæ-
dam negotia ipsius sedis in parti-
bus Gallicanis, de Iuribus Regulæ
B. P. N. B E N E D I C T I . An omnia
quæ continentur in Regula ipsa,
sint merito dicenda præcepta, &
per consequens ad culpam morta-
lem obligent non seruantes pro-
fessores? an etiam sint consilia, vt
non sint transgressores ad culpam
aliquam obligati? Meditatus sum
in corde meo, breuem quidem es-
se verborum materiam quæstionis,
sed difficultate grauidam ad sol-
vendum. Quæ quæstio quantam
discussionem requirat, videre pote-
rit liquidè prudens meditatio per-
qui-

quarentis. Et licet ego corrigiam istam soluere sim ignarus, confisus tamen de largissima misericordia Saluatoris, qui non improperat, sed dat omnibus affluenter: Nec non & in meritis B. P. & Magistri N. fiduciam meam ponens, diuersa sacra scripturæ, iurisque Canonici, ac Doctorum exemplaria lexitanti. Ex quibus ipsorum, non meas sententias proferendo, profiteor non mihi attribui debere, si aliquid ad legentis in hoc opusculo, edificationem, ministerio meo est digestum.

Hoc ergo speculum vobis Fratres charissimi decreui tradendum, in quo de monastice professionis obseruatibus, & responsione questionis prefatae, cum explanatione ipsorum quæ coram Deo & sancti eius profesi sumus, aliqua sunt inserta: Utile iudicantis simplices vultum suæ nativitatis in ipso aliquoties speculari: maiori-

A. 2 bus

SPECVLI D. BERNARDI

bus enim qui exerceitatos habent
sensus, multò maiora debentur. Et
Matth.
25. quamuis ijdem de mensa sacræ
scripturæ comedant panem filio-
rum, non tamen debent despicer
micas catellis largitas, vel ipsas pe-
tentem humiliter Chananaxam.

*Dixiſio
operis in
3. par-
tēs. &
quid in
qualibet
iūlārum
eracte-
mō.*

Quia verò præfata quæſtio vix
enodari posset, niſi professionis
noſtræ forma, cum ſuorū declara-
tione verborum in hoc præmitte-
retur tractatu, diuīſi opusculum in
tres partes. Prima formam mo-
naſticæ professionis declarabit. Se-
cunda temerè profitentes & malè
viuentes redarguendo monstrabit.
Tertia negligentiam professorum
scripturæ ſtimulis excitabit. Pri-
mò, ponitur forma professionis, &
explanantur tria quæ in professio-
ne continentur.

Secundò, agitur de ſtabilitate,
& alijs quæ ad ſtabilitatem faciunt,
ſeu valere noſcuntur.

Ter-

Tertiò, remissus descensus stabilitati aduersari monstratur.

Quartò, redditus Monachorum ad seculum, damnabilis probatur.

Quintò, de transitu Monasterij ad Monasterium tractatur.

Sextò, vagus & curiosus discursus reprehenditur.

Septimò, que sit vera morum conuersio ostenditur.

Octauò, eius impedimenta numerantur & vitanda probantur.

Nonò, qui viuunt sub obedientia commendantur.

Decimò, quæstio ponitur, disputatur, & soluitur.



6 SPECVLI D. BERNARDI
PARTIS PRIMÆ
CAPITVLVM I.

IN QVO ET PRO-
FESSIONIS FORMA,
ET TRIA QVÆ IN PRO-
FESSIONE CONTI-
nentur explanantur
in genere.

NONACHVS, inquam, profitetur secundum quod ex Capitulo Regule de disciplina suscipiendorum Fratrum, colligitur cap. 58. his verbis : *Suscipiens autem, in Oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, & conuersione morum suorum, & obedientia coram DEO, & Sanctis eius.* Vnde hæc est professionis forma: Ego Frater. NN. promitto stabilitatem, & morum conuer-

uerisionem, & obedientiam coram
Deo, & Sanctis eius, secundum Re-
gulam B. P. B E N E D I C T I , in hoc
Monasterio N. in presentia Domi-
ni, N. Abbatis.

A d quorum in explanationem
sciendum, quod tria ponuntur, in
professione Cœnobitarum, per quæ
distinguuntur ab alijs tribus gene-
ribus Monachorum. Nam *stabilitate* ijdem Monachi Cœnobitæ di-
stinguuntur à Gyrouagis ; *conuer-*
sione morum à Sarabaitis ; *obedientia*
verò ab Anachoritis.

Circa hoc notandum est, quod
dicit B. Bernardus : Stabilitas præ-
cludit viam remisso descensi, con-
tentioso discessi, vago & curioso
discursui.

Ex eo verò quod Cœnobitæ
conuerisionem morum profitentur, de-
bent mutare (transundo de sacer-
to ad Religionem) locum, & habi-
tum, & nihilominus viuēdi modū;

8 SPECULI D. BERNARDI

ut secundum Regulam proficens,
mores suos corrigat, & deinceps su-
am conuersationem dirigat; ut exte-
rius ostendat eum verum esse con-
uersum, Sanctorum locus Religio-
nis habitus, & his concordet reli-
giosè viuendi modus.

In hoc etiam quod *Obedientia*
secundum Regulam promittitur, pro-
prio sensui, & proprijs voluntati-
bus renunciatur. *Obedientia* ve-
rò quam secundum Regulam Mo-
nachus pollicetur, respicit imperi-
um; Regula consilium continet; ut
non vacuum intelligatur illud se-
cundum Regulam: Regula namq;
est illud stabile consilium, quod de-
bet præcedere omnem actum, de
quo Ecclesiasticus. *Ante omnem*
actum præcedat te consilium stabile.
Potest etiam intelligi de Regula
Monastica, quod Sen. ait: Vnam
semel ad quam viuas Regulam pre-
hende ad quam communem vi-
tam

Ecclesiast. 37.

PARS I. CAP. I.

tam tuam exæqua. Et quoniam hæc
quasi lucerna vitam monasticam
præcedere debet, omnes subsequi
eam debent; prælatus præcipien-
do, & subditi obediendo. Vnde
ait B. P. N. BENEDICTVS. *In Cap. 5o*
omnibus, igitur omnes magistrum se-
quantur Regulam, neque ab ea temere
declinetur à quoquam. Hinc B. Ber-
nardus concludit: ergò nec ab ipso
Abbate. Idem; Non est Abbas su-
per Regulā, cui semel & ipse spon-
taneā voluntate se submisit. Idem;
Esto ut interdum Regulæ littera ce-
dat pro tempore charitati, cum ra-
tio necessitatis exegerit, absit tamē
ut cuiusquam hominis subdatur
voluntati. Idem; Super Fratrum
transgressiones non super Patrum
traditiones constituitur, qui Abbas
eligitur, cultor mandatorum, vltor
vitiorum.

STABILITAS namque ut existi-
mo idcirco in professione ponitur,

A 5 quia

10 SPECULI D. BERNARDI

quia est solidum fundamentum, in quo Religio fundata non concutitur, nec ad iniurias temerè inclinatur. Vnde in Psal. dicitur: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.* Religio enim in stabilitate fundatur, licet aliquando pluvijs malorum cogitationum, quæ sunt causa nativitatis vitiorum, graniter madidetur; vel fluminibus carnalium voluptatum impellatur; vel ventis diuersarum temptationum concuti timeatur: immobilis tamen erit, nec cadere in grauem transgressionem finaliter permettit. Est enim illa firma, & habet illud immobile fundamentum de quo dicit Dominus in Matth. 7

Descendit pluvia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram. Et notandum quod locus ubi stabilitas tutius obseruatur, est

Mona-

Psalms.
103.

Math. 7

Monasterium bene ordinatum, &
bonorum congregatio sociorum.
Vnde B. P. N. BENEDICTVS
enunciatis bonorum operum in-
strumentis sic subiungit. *Officina*
vero, ubi haec omnia diligenter opere-
mur, claustra sunt Monasterij, & sta-
bilitas in congregatione. De quo B.
Bernardus ait: Omnium bonorum
operum officina cella est, & stabilis
perseuerantia. Et post pauca sub-
iungit: impossibile est homines si-
deliter figere in uno animum su-
um, qui non prius in aliquo loco
perseueranter affixerint corpus su-
um: Nam qui ægritudinem animi
de loco ad locum migrando effu-
gere nititur, sic est, sicut qui fugit
vmbram corporis sui: seipsum fu-
git, seipsum circumfert, locum mu-
tat non animum, eundem vbique
se inuenit; nisi quod deteriorem
facit ipsa inmobilitas: sicut lædere so-
let ægrum qui eum circumferendo

Cap. 4

A 6 cop-

12 SPECVLI D. BERNARDI

concurit. Vnde B. Bernardus :
Cœlum, non animum mutant, qui
trans mare currunt. Qui enim est
sux sensualitati subiectus, & vbi de-
siderat liberè vadit, se esse vento
agitatam arundinem ostendit.
Quod de Ioanne qui de primis Re-
ligiosis fuit, Dominus negauit, in:

Matth. Matthæo dicendo : *Quid existi in
desertum videre ? arundinem vento
agitatam ?* Ab hac agitatione inten-
dit nos Apostolus reuocare, dicens
1. Cor. ad Corinthios. *Fratres mei dilecti
15. stabiles estote & immobiles.*

A D M O R V M autem conuer-
sionem attinet, veterem hominem
exuere, & nouum induere, sicut sic
ad litteram Monacho , quando
proficitur; quia ueste non benedi-
cia exuitur ab Abbatе, & induitur
benedicia, dicente Abbatе: Exuat
te Dominus veterem hominē cum
actibus suis, & induat te nouū, &c.
Vnde Apostolus ad Ephesios ait :

De-



Deponite vos secundum pristinam Ephes.
conuersationem veterem hominem, 4.
qui corrumpitur secundum desiderium
erroris ; renouamini autem spiritu
mentis vestre, & induite nouum ho-
minem, qui secundum Deum creatus
est in iustitia, & sanctitate veritatis.
Alia enim quæ sequuntur de veri-
tate conuersationis morum sunt, &
ad Monachum verè conuersum
pertinere possunt, vsque ibi : subie- Ephes.
cti inuicem in timore Christi. In hac 5.
autem morum conuersione debet
cavere Monachus, ne forma saeculi
sibi remaneat, & attendere ut sen-
sus nouos induat, & sic nouus totus
quodam modo reformatur , sicut
ait Apostolus ad Romanos. No-
lite conformari huic saeculo , sed ^{Rom.12:1}
reformatim in nouitate sensus
vestri.

O B E D I E N T I A M verò Mo-
nachus promittens sibi præponit
hominem, quem quasi Deum au-

A 7 diat;

14 SPECULI D. BERNARDI

diat; cui quasi Deo obediatur; cui se totum ut Deo ostendat; à quo beneplacitum Dei intelligatur. Abbatē debet habere Monachus, & audire ut DEVM, sicut ait Dominus in Luca.
Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Abbatē debet obedire Monachus sicut Deo. Vnde B. BENEDICTVS Cap. 5.
Obedientia quæ maioribus præbetur,
Deo exhibetur. Item, Monachus debet se totum ostendere Abbatī suo, in foro spirituali maximè, sicut Deo. Vnde B. BENEDICTVS:
Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas, cordi suo aduenientes, vel mala, à se absconsè commissa, per humiliem confessionem Abbatī non celauerit suo. Vnde B. Bernardus: **Quicquid habens vicem Dei, præcipit homo, quod non sit ramen certum dispergere Deo, hoc sic omnino accipiendum est, quomodo si præcipiat Deus.** *Quid enim*

enim interest, vtrum per se, an per ministros suos, siue Angelos, siue homines, hominibus innotescat suum beneplacitum Deus? idem; Ipsum quem pro Deo habemus, tanquam Deum, in his quae non sunt aperte contra Deum, audire debemus.

CAPITVLVM II.

IN QVO AGIT
DE STABILITATE
IN SPECIE, ET DE SEP-
TEM CAVSIS, QVÆ AD
eam obseruandam ya-
lere noscun-
tur.

Iste quoque de tribus partibus professionis in genere, ac earum explanatione, dicendum

16 SPECVLI D. BERNARDI

dum est de stabilitate in specie, &
de his quæ ad ipsam possunt va-
lere.

*Stabili-
tas quid?* Stabilitatem enim intelligere
possimus, pro ut eam hic accipi-
mus, quandam mentis perseueran-
tem constantiam, qua soli Deo in-
hærere nitimur, prosperitates & ad-
versitatis, ut in medio earum posi-
ti, æqualiter contemnentes.

*Que fa-
ciant ad
stabili-
tatem.* Ad stabilitatem verò obseruan-
dam, multum valere possunt, Dei
gratia, sana conscientia, discretio
vel sapientia, diuinus amor, ordi-
natus timor, spes fixa, honesta oc-
cupatio.

A. Circa primum Notandum
quod diuina gratia, quæ facit stabi-
lem Monachum, est quasi res pul-
ueri superueniens, ipsumque pul-
uerem colligando stabiliens, ne
possit à vento moueri. Ille verò
qui sine rore gratiæ perseuerat, cum
ligamentum non habeat, à terra
Reli-

Religionis proiecitur , quoniam à
vento mouetur sicut ait Psalmista :
Non sic impij non sic, sed tanquam pal. Psal. 11.
uis quem projicit ventus à facie terræ.
Gratia verò cor stabile efficit , sicut
Apostolus ad Hebr. ait : *Optimum*
est, gratia stabilire cor. Hoc est etiā si- Heb. 13.
cuit spiritus in homine, sine quo ne-
quit homo vitam habere ; vnde eo
sublato, oportet eum deficere, & sic
reuertitur in primum puluerē Psal. Psal.
Auferes spiritum eorum , & deficient, 103.
& in puluerem suum reuertentur.

Secundūm est sana conscientia , 11.
quæ stabilem mentem suam facit ,
stabilemque fouet , & nutrit . Nam
ad hoc quod quis habeat mentem
stabilitate firmatam , necessarium
est conscientiam habere ab iniqui-
tate purgatam , vnde legitur in Job .
Si iniuriam , quæ est in manu tua Job. 11.
abstuleris à te , & non manserit in n. 14.
tabernaculo tuo iniustitia , tunc le-
uare poteris faciem tuam absq; macu-
l. 14.

18 SPECULI D. BERNARDI

la, & erit stabili. Conscientia namque immunda, & peccatis torpida, instabilitatem procurat, nec permittit quod impij cor quiescat; sicut legitur in Isaia: *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Multitudinem enim iniquitatis, & conscientiam plenam peccatis, concomitatur inquietudo instabilitatis; ut legitur in Threnis. *Pecatum peccauit Hierusalem, propterea instabili facta est.*

III. Tertium est discretio, seu sapientia, quae est quedam stabilitatis soliditas, quae requiritur in eo qui regit & in eo qui regitur, subdito videlicet, & prelato. Sensatus enim prælatus, non est mobilis, sed fixus, & ideo est stabilis eius principatus, sicut legitur in Ecclesiast. *Principatus sensati stabili.* Subditi etiam qui sunt viri coelestes, in coelis per contemplationem conuersantes, oportet quod sint discreti, & prudentia stabiles; ut legitur

Ecc. 10.

gitur in Proverbijs Dominus sapi- Prov. 3,
entia fundauit terram, stabiliuit cœlos
&c. Sapiens verò siue regat, siue re-
gatur, subditis censibus imperans,
rex merito appellatur: Et subditus,
vel seruus sub eius regimine consti-
tutus, cum discreta stabilitate regi-
tur, & stabilis efficitur; iuxta illud
Sapientiæ. *Rex sapiens stabilimen-
tum populi.* Nec est mirum quia
discretio sapientis eligit virtutes, &
vitia reprobare nouit. Causas eti-
am tentationum discutit, & vitio-
rum bella antequam veniant, ven-
tura præuidet. Vnde Gregorius in
Pastorali: Naso odores, fœtoresq;
discernimus. Rectè enim per na-
sum discretio exprimitur, per quam
virtutes eligimus, & vitia reproba-
mus. Vnde in laude sponsæ dici-
tur in Canticis Cantorum. Na Cant. 7,
sus tuus sicut turris, quæ est in Libano.
Quia nimirum S. Ecclesia, quæ in
causis singulis tentamenta præui-
det,

20 SPECULI D. BERNARDI

det, per discretionem conspicit, & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Verum sicut sapientia fixa est, & immobilis, ut non eleuetur in prosperis, nec deiiciatur in aduersis, mala cum bonis, & bona cum malis discretè temperans, ut iuxta doctrinam Ecclesiastici. *In die bonorum non immemor sit malorum, & in die malorum non immemor sit bonorum.* Secundum quod dicit Sen. Quid est sapientia? Semper idem velle, & semper idem nolle. Ita è contra discretione carens stultus est, & mutabilis; ut legitur in Ecclesiastico. *Stultus ut Luna mutatur.* Vnde Sen. Stultus est cui nihil placet, vel cui nihil diu constat. Sit ergo sensati Religiosi stabilis principatus, & discretione sua stabilitatem conseruet, quæ mater est, & auriga virtutum..

Quartum quod valet ad stabilitatem est, quod sit in Monacho divinus

Ecc. 11.

Ecc. 17.

III.

vinus amor : in illo enim debet
Monachus radicari per animi fir-
mitatem, & fundari per immobi-
lem stabilitatem , sicut Apostolus
ait ad Ephesios: *In Charitate radica-*
ti, & fundati, &c. Vera enim Cha-
ritas nec excidit, & per consequens
sibi adhærentem cadere non per-
mittit. Idem Apostolus ad Co-
rinth. *Charitas nunquam excidit.*
Firmi autem & stabiles ei adhæ-
rent inseparabiliter, non excordes.
In Ecclesiastico. *Non permanebit in*
ea excors. Nec mirum quod ex-
cordes, & mobiles sunt adulterinæ
plantationes , & ideo non habent
altas radices , nec mentis stabili-
mentum, cum non habeant stabi-
le fundamentum. Vnde in libro
Sap. 4. *Spuria vitulamina*, vel se-
cundum aliam litteram; *adulterinae*
plantationes, *non dabunt radices altas*, *nec stabile fundamentum colloca-*
bunt. Quantum sit autem utilis
chari-

Ephes 3.

1. Cor.
13.

Ecc 6.

Sep 4.

22 SPECULI D. BERNARDI

charitas, siue amor, & commenda-
bilis, pulchrè Prosper in libro de
Charitas
quid? contemplatiua vita declarat per
hæc verba: Charitas est, vt mihi
videtur, recta voluntas ab omnibus
terrenis, ac præsentibus prorsus a-
uersa: iuncta verò Deo inseparabi-
liter, & ignita quodam igne Spiriti-
tus sancti, à quo est, & ad quem in-
censa refertur: inquinamenti om-
nis extranea, corruptionis nescia,
nulli vitio mutabilitatis obnoxia;
super omnia quæ carnaliter dili-
guntur excelsa, affectionum om-
nium potentissima, diuinæ con-
templationis auida, in omnibus
semper inuidia, summa actionum
bonarum, salus morum, finis cœle-
stium præceptorum, mors crimi-
num, vita virtutū, virtus pugnanti-
tium, palma viatorum, anima san-
ctorum mentium, causa meritorum
bonorum, præmium perfectorum,
sæque nullus placuit Deo, cum
qua

qua nec aliquis potuit peccare , nec poterit . Fructuosa in pœnitentibus , lœta in profcientibus , gloriosa in perseverantibus , victoriosa in martyribus , operosa in omnibus fidelibus ; ex qua quicquid est boni operis viuit . Vnde nota quod nostra charitas , sive amor , debet esse tota in Deum , quia primò dilecti sumus per ipsum . Ioan : Nos ^{1. Ioan. 4.} ergo diligamus Deum , quoniam ipse ^{4.} prior dilexit nos .

O A M O R dominicus ad peccatores ; quem pro peccatoribus mortuum sepulchrum tenere non potuit , clavis amoris viuentem , magis quam ferreus in cruce usque ad mortem affixum retinuit . Teneat ergo amor crucis Religionis Monachum stabilem , & affixum , qui Christum pro eo usq; ad mortem tenuit crucifixum .

QVINTVM quod valeat ad stabilitatem , dicimus esse timorem .

Nam

24 SPECVLI D. BERNARDI

Nam sicut clavis amoris animum
diligentis, in cruce religionis fixum
tenet; ita clavis timoris in Mona-
sterio corpus timentis retinet, quē
clavum desiderabat. Psalmista di-

Psal.
118.

Ecc. 2.

Ecc. 27.

cens: *Configerit more tuo carnes meas,
a iudicijs enim tuis timui.* In timore
enim debet stare, qui in Religione
intendit perseverare; sicut Eccle-
siasticus ait. *Fili accedens ad seruitu-
tem Dei, sta in iustitia & timore.* Ti-
mor namque constantiam Religio-
si ita reddit stabilem, quod sine ipsa
exspectat subversionem; sicut dicit

Verba

Ecc. 27.

*Si non in timore Do-
mini tenueris te instanter, citò subuer-
terur domus tua.* Amor enim Dei
& timor mentem Monachi, ne à
via Dei lassescat stimulant & in al-
tum contemplationis desigendo
sublimant. Et hic ut amet per S.
Scripturæ promissiones, & timeat
per terrores. Ad quod potest in-
duci illud quod dicit Ecclesiastes:

Verba

Verba sapientum sicut stimuli, & qua- Ecc. 12
si clavi in altum defixi. Sunt enim
 hæc duo, ut prætactum est, duo cla-
 ui, non tam ferrei quam aurei, la-
 minas aureas spiritualiter affigētes,
 & ipsum ædificium immobiliter
 retinentes. Sicut legitur in 3. Reg.
Domum quoq[ue] ante oraculum operuit 3. Reg. 6.
auro purissimo, & affixit laminas cla-
ui aurei. Timore enim Domini ge-
 nerat spem, quæ reddit Monachum
 stabilem. Et corroborat fortitudi-
 nem, quia ipsum facit perseveran-
 tem. De primo dicitur in Prouer-
 bijs : *In timore Domini esto tota die :* Pro. 23.
quia habebis spem in nouissimo. De se-
 cundo legitur in ijsdem. *In timore*
Domini fiducia fortitudinis.

Sunt autem quinque quæ timo- v. Ti-
 rem Domini possunt incutere, & moreno
 per consequens in clauistro Mona- Domi-
 chum retinere. I. Est periculi con- ni can-
 sideratio. II. Iudicij commi- sania.
 natio. III. Peccati iusta punitio.



26 SPECVLI D. BERNARDI

IV. Nulla iudicis immutatio. V.
Pœnæ in damnatis æterna duratio.

I. Circa primum, scilicet *Periculi
Periculi considerationem*, possumus attende-
*conside-
ratio.* re, quod nisi esset inestimabile pe-
riculum nostræ infirmitatis, nun-
quam effudisset Dominus suæ la-
chrymas compassionis, nec susti-
nuisset pro nobis angustias passio-
nis. Certum namque est periculo-
sum esse valde illum statum, qui
Saluatorem nostrum mouit ad fle-
*Læt. 19. tūm; vt dicitur in Luca: Videns I E-
8. 41. s v s ciuitatem fleuit super illam, di-
cens: Quia si cognouisses & tu; sub-
audi, fleres De remedio passionis
pulchrè dicit B. Bernardus: Ex
consideratione remedij, periculi
mei æstimo quantitatē, filius enim
ædi iubetur, vt vulneribus meis
pretioso sanguinis balam medere-
tur. Agnosce homo, quam gravia
sunt illa vulnera, pro quibus necef-
sum fuit Christum Dominum vul-
nera-*



nerari. Sic & medicinæ astimatio doloris & timoris est exaggeratio.

Circa secundum, quod est iudicij comminatio, potest attendi quod dicitur in Deuteronomio : Si arri-
puerit iudicium manus mea : reddam vltionem hostibus meis, & his qui ode-
runt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine &c. Iudicij enim diem, & suam insufficientem re-
sponsionem valde lob timebat,
quando dicebat: Quid enim faciam, Iob. 31o
cum surrexerit ad iudicandum Deus? 41.
& cum quæsierit quid respondebo illi?
Durumerit iudicium illud, & val-
dè timendum quod illa terribilia signa præcedunt. De quibus dicit Dominus in Luca: Erunt signa in So-
le, & in Luna, & stellis, & in terris 25.
pressura gentium, præconfusione soni-
sus maris, & fluctuum, arescentibus ho-
minibus præ timore, & expectatione,
qua superuenient uniuerso orbi. Nam

28 SPECVLI D. BERNARDI

**virtutes cælorum mouebuntur : & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate.* De quibus signis dicit Gregorius : Multa debent mala præcurrere, ut malum valeant sine fine nunciare.

III.
peccato-
rum
Iusta-
punio.

Dan. 7.
n. 10.

3. 5.
Apoca-
lyp. 20.
32.

IV.

Malach. Malachia. Ero testis velox maleficis, & adulteri, & periuri. Item Apocalyp. Iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum.

De quarto, quod iudex erit im-
mu-

Circa tertium, quod est iusta eccatorum punitio, possumus considerare, quod ibi accusatores, & testes cessabunt; quia ibi libri conscientiarum aperti erunt. Et ideo neutri recipientur, quia ijdem libri aperientur; de quibus dicitur in Daniele: sed iudicium & libri aperiuntur. Et ipse iudex non solum habebit officium iudicis, sed etiam & verissimi testis; ut haberetur in

mutabilis, inflexibilis, & incorrup-
tibilis, potest intelligi quod dicitur
in Proverbijs : *Zelus & Furor viri*
non parcer in die vindictæ, nec acquie-
scet cuisquam precibus, nec suscipiet
pro redemptione dona plurima. Chry-
sostomus. Tunc verò nec diuitiæ
diuitibus nec parentes filijs inten-
dent, nec Angeli sicut solent facient
pro hominibns verbum, quia na-
tura iudicis non respicit misericor-
diam. Terribile erit valde talem
iudicem sustinere, & in tanto Ze-
lo furoris inflexiblem videre, quia,
ut legitur in libro Sapientiæ : *Acci-*
piet armaturam Zelus illius, & arma-
bit creaturam ad ultionem inimicorū^{Sap. 5. 13.}
Tunc autē ait S. August: malent re-
probi omne tormentum sustinere,
quam faciem irati iudicis videre.
Erit igitur terribilis visui & audi-
tui; Sicut legitur in Job. *Qui poterit*^{Job. 26.}
tonitruum magnitudinis illius intueri?^{14.}
Tonitruum erit illud quando dicet

B 3 iratus

30 SPECVLI D. BERNARDI

M. *tit.* iratus damnatis : *Ite maledicti in ignem aeternum.*

v.
Pœnæ
damnatorum
aeterna
duratio,
matth.
25. 16.

Ad quintum , quod est pœnæ
damnatorum aeterna duratio , facit
quod de damnatis dicitur in Matth.
Ibunt in Supplicium aeternum. Diuer-
sitates autem pœnarum enumerat
Gregorius terribiliter dicens : O
quam angustæ erunt reprobis viæ ?
Superius erit iudex iratus , subtus
horrendum chaos inferni , à dextris
peccata accusantia , à sinistris Dæ-
monia infinita ad supplicium tra-
hentia : Intus conscientia vrens ,
foris mundus ardens . Miser pec-
cator sic comprehensus quo effugiet ?
latere erit impossibile , apparere in-
in tolerabile . Item , nec resisten-
dierit , nec fugiendi facultas , nec
pœnitentia locus , nec satisfacien-
di tempus . Horrendo modò . Tunc
erunt iniustis dolor cum formidi-
ne , flamma cum obscuritate : Et in
eorum interitu ipsa à suis qualitati-
bus

bus tormenta discordabunt quia à
sui conditoris voluntate , dum vi-
uerent,discreparunt. Et erit miser-
is mors sine morte, finis sine fine,
defectus sine defectu ; quia mors
semper viuit, & finis semper inci-
pit , & defectus deficere nescit.
Mors punit, & non extinguit: do-
lor cruciat, & pauorem non fugat:
flamma comburit,& tenebras non
excudit. Horum igitur timor nos
alliciat ad amandum, qui nos tantis
terroribus concutit ad viuendum,
& perseverantiam ac immobilita-
tem inducat, ad pœnas Religionis.
sustinendas,& in ipsa perseveran-
dum. Est enim dulcis pœna quæ-
libet temporalis , si consideretur
asperitas, & durabilitas æternalis.

Sexto loco subiungitur de spe.
Valet enim ad stabilitatem spes fi-
xa, que inter cæteras stabilitatis cau-
sas, iuncta cum silentio immobiles
facit Regulares, & fortis,sicut dici-

B 4 tur

32 SPECULI D. BERNARDI

Ma. 30. tur in Isaia: *In silentio & in spe erit fortitudo vestra. Aedificat enim spes conscientia Religiosi, quod sit domus & inhabitatio Dei, dummodo sit perseverans & firma, secundum quod ait Apostolus ad Heb. Christus vero tanquam filius in domo tua: quae domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei usq; ad finem, firmam retineamus, Spes est quidam tertius Religionis clavis, quæ sicut in portu anchora tenet nauem, ita teneat stabilem Religiosi mentem. Vnde Apostolus ad Heb. *Fortissimum solatum habemus, qui confugimus ad tenendam propositam spem: quam sicut anchoram habemus anima tutam & firmam.* Augustinus: *Noli rumpi ab anchora antequam portum intres.* Spes autem illa potest valere, & immobilem Monachum retinere, quæ surgit ex meritis & Euangelij promissis. Vnde Apostolus: *Exhibete vos sanctos, & im-*
*macu-**

Hebr.
3. 6.

Hebr 6.
18.

maculatos, & irreprehensibiles coram *Coloss. 1.*
ipso, si tamen permaneat in fide fun- *22.*
dati, stabiles, & immobiles à spe Euangeliū, quod audistis. Hanc spem si
tenuerimus ea introducente, pro-
ximi Deo erimus; sicut dicit Apo-
stolus ad Hebr̄os: Introductio
melioris sp̄ ei, per quam proxima-
mus ad Deum. *Heb. 7.
19.*

CIRCA septimum & ultimum
quod multum facit ad stabilitatem,
scilicet occupatio honesta, possu-
mus videre ex eo quod boni ope-
rarij inuitantur, & remunerantur,
otiosi verò reprehenduntur, male-
dicuntur, & puniuntur. Vocatio-
nem autem & remunerationem
operariorum possimus colligere,
ex verbis Domini in Matthæo
dicentis: *Simile est regnum cælorum* *Matth.*
homini patrifamilias, qui exiit
mane operarios conducere in vineam
suam &c. usq; ibi; Voca operarios &
reddet illis mercedem suam. Et in Lu-

B 5 ca.

34 SPECULI D. BERNARDI

Luce ca. *Dignus est operarius mercede sua.*
10. 1. Otiosi autem reprehenduntur in
Matth. Matth. à Domino : Inuenit alios
20. 3. stantes in foro otiosos. & dixit eis: Quid
hic statis tota die otiosi? Item, otiosi
si ut fucus sterilis maledicuntur,
quia fructus in eis non inuenitur, si-
cūt in Marco habetur, dicente Do-
mino : *Iam non amplius quisquam*
fructum ex te comedat : Sequitur,
Marc. *Rabbi, Ecce fucus cui maledixisti aruit.*
11. 14. Ibidem.
21. Nec solum otiosus meledicitur, sed
etiam punitur, quia quando iustus
operarius de fructu manuum sua-
rum replebitur, otiosus egestate
cruciabitur. Vnde in Proverb. di-
Prok. c. citur : *Qui sectatur otium replebitur*
28. 19. *egestate.* Nec mireris si otiositas est
instabilitatis causa, quia est totius
mali in agistra sicut Ecclesiasticus
Prokter. ait: *Qui sectatur otium stultissimus est,*
21. 11. *& quia stultus ut Luna mutatur, Se-*
quitur quod stultitia mutabilitatis
proueniat ex vitio otiositatis. Vnde
Apo-

Apostolus ad Timoth. *Otiosi discunt Tim. 5
circuire domos, non solum otiosè, sed 2. 8. 10
etiam verbosè, & curiosè, loquen-
tes quæ non oportet. Quid plura?
Otium incentiu[m] est vitiorum.
Vnde B. Bernardus: Omnia ten-
tionum malarum , & inutilium est
incentiu[m] otium. Otium enim
desiderijs Monachum occidit, dum
se occupare negligit. Et ideo fatua
desiderat, & concupiscit. Vnde in
Prouerbijs dicitur : *Desideria occi-
dant pigrum, noluerunt quicquam ma- Prouerbijs
nus eius operari, quotidie concupiscit, 21. 25
& desiderat.* Otium igitur est fu-
giendum , & occupationibus insi-
stendum , sicut dicit Senec: Tracta-
tione bonarum artium occupandi
sumus. Quicquam enim mali ha-
bet inertia impatiens sui. Occupe-
tur igitur Monachus secundū con-
silium Hieronymi dicentis: Sem-
per aliquid operis facito, vt te Dia-
bolus inueniat occupatum. Sub-*

B 6 lato

36 SPECULI D. BERNARDI

lato igitur otio , subtrahitur malæ
cupiditatis occasio, sicut dicit Oui-
dius.

Otia si tollas, periere cupidinū arcus.

CAPITVLVM III.

IN QVO AGIT
DE REMISSO DE-
SCENSV , DIFFINI-
ENSEVM , ET DE POENIS
sibi debit is, & de qua-
tuor eiusdem
gradibus.

Dicto de stabilitate,
& de his quæ possunt
valere ad ipsam, se-
quitur videre de his
quæ opponuntur ei, vel impediunt
eam. Inter ea primò tractatur de
Remissio remissio descensu.

Et

Et Notandum, quod remissio, *Remis-*
secundum quod hic accipitur, est siquid
quædam mentis pigritia, siue segni-
ties, aut tepiditas, qua quis bonum
inchoatum paulatim dimitit, &
deum à culmine virtutum de-
corruens, in profundum descen-
dit.

Huius autem remissionis, siue
remissi descensus, etiam Religioso
causa ut plurimum est, quod idem
in propria virtutum fortitudine, vel
stabilitate confidens, & de se nimis
confidenter præsumens, remissius
custodiæ suæ inuigilat, & delitijs
carnalibus vacat. Quod figuratum
est in libro Machab. de habitanti-
bus Casphin quæ interpretatur im-
molans ori, vel calici imminens,
vbi scribitur per hunc modum.
*Hi verò qui intus erant, confidentes in 2. Machab.
stabilitate murorum, & apparatu ali- 12. 34.
moniarum, remissius agebant, maledi-
cū lacescentes Iudā, ac blasphemantes,*

38 SPECULI D. BERNARDI

ac loquentes quæ fas non est. Hanc autem segnitiem deponere, & circa nos solicitudinem habere, hortatur
Heb. 6. nos Apostolus dicens ad Heb. Cuperimus autem unumquemque vestrum ostendere solicitudinem ad expletionem spei usque in finem; ut non segnes efficiamini. Remissionem enim istam reprehendit Ecclesiasticus dicens:
Eccli. 4. 34. Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus, in operibus tuis. Nec reprehendit eos, minus Salomon in Proverb. dicens: Usquequo piger dormies? id est, pigritiam excute, & ab exiguo animali, tanquam à Magistra præconsiderationis, doctrinam quere. Et nunc propter futurum tempus, nos hortatur laborare in Proverb. dicens: Vade ad formicam & piger, considera vias eius, & disce sapientiam: tanquam à Magistra, Quæ licet non habeat ducem cuius exemplum sequatur, nec preceptorem, à quo scilicet erudiatur, vel admoneatur,

neatur, neq; principem suum à quo puniatur; quæ omnia tu piger Religiose habes; parat in æstate cibū sibi & congregat in messe, æstiu temporis, quod comedat in futura hyeme, quâ nullus potest operari, vel congregare. Attende etiam quod pigritiam, seu tepiditatem concomitantur instabilitas, per voluntatis inconstantiam; sicut idem Salomon dicit in Proverb. *Vult, & non vult* Proverb.
piger.

13. 4.

Peccatum verò tepiditatis, in Pœnæ constantiæ, & fatuæ remissionis, habet proprias sententias dignæ punitiæ nitionis. Punitur enim perpetua egestate, laboriosa seruitute, opprobriosa vapulatione, damnosa præcipitatione, præsumptuosa sive sapientiæ deceptione.

Punitur egestate. Vnde Salomon in Proverb. Egestatem operata Proverb. est manus remissa. Idem in ijsdem: 10. 4. Cogitationes robusti semper in abundantia: 21. 5.

40 SPECULI D. BERNARDI

dantia: omnis autem piger semper in e-
gestate est. Idem: Propter frigus piger ar-
re noluit: mendicabit ergo aestate, &
non dabitur illi.

II.
Prouer. Punitur etiam laboriosâ serui-
tute. Vnde in Prouerbijs dicitur:
12. 24. *Manus fortium dominabitur: que au-*
tem remissa est. tributis seruiet. Et
Dominus, piger seu remissum,
appellat malum seruum in Matth.
Serue male &, piger, sciebas quia ho-
mo austerus sum, &c. Dignus est eti-
am opprobriosa vapulatione; iux-
ta illud Ecclesiastici: De stercore bo-
rum lapidatus est piger.

III.
Ecceli. Punitur insuper damnosa præ-
cipitatione; vnde in Ecclesiastico:
30. 8. *Equis indomitus euadit durus, & fili-*
us remissus euadet præceps. Præcipita-
tur, autem, seu deicetur remissus, &
tepidus, quia vitam eius Dominus
abominatur, & ideo ab eo euomi-
*tur, iuxta illud Apocalypseos: Ut-
nam frigidus essem, aut calidus: sed*
quia

quia tepidus es, incipiam te euomere ex Apo. 3.
ore meo.

150

Punitur etiam præsumptuosa v.
sux sapientiæ deceptione; Vnde in
Prouerbijs legitur: Sapientior sibi Prouer.
piger videtur, septem viris loquentibus 26.16.
sententias.

Et nota quod remissus Mona-
chus est moraliter illa statua, quam
Nabuchodonosor vidisse perhibe-
tur in Daniele: Caput enim statuae Dan. 2.
erat ex auro optimo, pectus autem, & 32.
brachia de argento; porrò venter, &
femora ex aere; tibiae autem ferreae, pe-
dum quadam pars erat ferrea, qua-
dam autem fictilius. Considera prin-
cipia, attende media, vide extrema,
respice metalla, attende pretium
metallorum. Statua ista, ut præ-
taetum est, mystica remissi Monachii
est vita. Aurum porrò opti-
mum in capitis parte, in magna
perfectione incipientis, sed eius
pretium diminuitur, dum subitò
circa

42 SPECULI D. BERNARDI

circa pectus in argentum conuertitur : Sed minus pretium noscitur deficiendo habere ; dum venter & femora eius sunt ex ære ; & conuertitur in obstinationem miseriæ , dum ferreæ efficiuntur tibiaz : Sed est miser & miserabilis , dum quædam pars pedum est ferrea , & quædam fætilis . Non sic bonus Monachus , sed è contra procedit , qui per iustitiæ semitas ad virtutum culmina tendit . Qui licet incipiat paulatim , ut vix de luce auroræ aliquid habere videatur , in virum tamen perfectum crescendo assumitur , & dies clara efficitur : ita ut multi suis exemplis ædificantur , & illuminentur , sicut in Proverbijs dicitur :

*Prover. Iustorum semita , quasi lux splendens .
¶ 18. procedit & crescit usque ad perfectam diem.*

Suos enim gradus habet bonus Religiosus in ascendendo & suos habet remissus , tepidus , & piger Monachus à

nachus à virtutū culmine descen- 4. Gra-
dēdo. Primus gradus descēdēs est: ^{dus re-}
ad desertū sterilitatis. Secundus ad ^{misi ac}
lacum, siue profundum fluxibilita- ^{virtu-}
tis, & voluptatis. Tertius ad Ægy- ^{tum de-}
ptum spiritualis cœcitatis. Quartus ^{serenitè}
ad infernum perpetuæ mortalitatis ^{Religio-}
& pœnalitatis.

Ille namque qui videbatur ali-
quando manu fortis per arduorum
aggressionem, vel aspectu deside-
rabilis, persupernorum contem-
plationem, seu structionem, dum
persecutionem patitur tentatio-
num eum ad modum coronaæ cin-
gentium, quia viderat sterilitatem
bonorum operum, cum debuit de
Deo confidere, temptationes ipsas ti-
mens, incipit desperare. sicut legi-
tur in libro Regum de Dauide: De- ^{1. Reg.}
scendit ad petram, versabatur in de- ^{23. 25.}
serto Maon. Et post pauca: Porro
Dauid desperabat se posse evadere à fa-
cie Saul: itaq; Saul & viri eius in mo-
dum

44 SPECULI D. BERNARDI
dum corona cingebant Dauid, & viros
eius, ut caperent eos.

Sed quia crux pœnitentiarum, &
regularis obseruantia est horribilis
inquentibus, & dura sustinentibus,
in hac cruce positus habet diuersos
persecutores, & ut ad communem
vitam hominum descendat per-
suasores dicentes eidem. : Per con-
templatiuam vitam paucis utilem
futurum, sed per actiuam plurimis
profuturum. Tales persecutores
& persuasores habuit Dominus in
Marco : *Christus Rex Israël descendat*
*nunc de cruce, ut videamus & cre-
damus.*

Marci.
15.32.

II. His credit miser persuasioni-
bus, & sumptis in eis occasionibus,
descendit de cruce Religionis, ad
miseriam mundanæ voluptatis,
qua est lacus multæ profunditatis.
Hic lacus, iste descensus est in Eze-
chiele notatus. Vbi cum quædam
essent posita qua pertinent ad lau-
dem

dem contemplationis, subiungitur
de miseria descendantis: Omnes tra-
diti sunt ad mortem, ad terram ulti- *Ezeclia*
mam, in medio filiorum hominum, ad 31. 4.
eos qui descendunt in lacum. A quo
lacu gaudet se Psalmista saluatum: *Psal.*
Saluasti me, ait, à descendantibus in 29. 4.
lacum.

Descendit etiam in tenebrosam 11.
Ægyptum spiritualis descensus cœ-
citatiss., qui est facilis descensus à la-
cu mundanæ voluptatis, ut seipsum
ignoret, viamque salutis sibi non
considereret. Et ideo cum prius di-
xisset: *Posuerunt me in lacu inferiori,* *Psal.*
quasi de contiguo loco subiungit, in 97. 7.
tenebris & in umbra mortis. Hunc
descensum dehortatur Dominus in
Genesi ad Isaac dicens: *Ne descen-
das in Ægyptum, sed quiesce in terra,* *Gene-*
quam dixero tibi. Sed deterror san-
ctitatis à Deo consilium in oratione
non requirens quasi peccata pecca-
tis adiungendo, quasi telam ordi-
ens,

46 SPECVLI D. BERNARDI

ens, per propria desideria discurrit
& in tenebris ignorantiae descendit
a Diabolo & eius ministris auxili-
um implorando. Et in rebus mun-
danis quae sunt umbra bonorum
fiduciam suam ponendo. Et ita non
veris bonis, sed umbris bonorum
solummodo inhærendo. Cui &
sibi similibus dicitur in Isaia : *Væ si-
līj desertores, dicit Dominus, ut face-
retis consilium, & non ex me : & ordi-
nemini telam, & non per spiritum me-
num, ut adderetis peccatum super pec-
catum ; qui ambulatis ut descendatis
in Ægyptum, & os meum non interro-
gasti, sperantes auxilium in fortitudi-
ne Pharaonii, & habentes fiduciam in
umbra Ægypti.*

Irruit igitur infelix per gradus
desideriorum suorum, & precipi-
tatur ad ultimum descensum, qui
non habet minus facilitatis quam
Virg. 6. celeritatis. Dicit enim ille Gentilis.
Aeneia doso ————— *Facilius descensus Auerni.*

Et

Et in Iob : Ducunt in bonū dies suos, & in punc̄to ad inferna descendunt. Iob. 21.
13.
Horribilis est iste descensus dum terrena de quibus confidebant miseri , quæ disrupta eis deficiunt, & vniuersa in quibus delectati fuerunt, quantum ad ipsos periunt, & ipsi in pœnis viuentes in infernum descendunt, & suæ miserix exemplum, & pœnæ alijs derelinquunt: sicut in libro Num. legitur: Confe- Num. 16.
stum igitur ut cessauit loqui, disrupta
31.
est terra sub pedibus eorum : & aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculus suis , & vniuersa substantia eorum, descenderunt q̄z viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omniū Israël qui stabat pergyrum , fugit ad clamorem pereuntium, dicens: ne forte & nos terra deglutiatur. Inuigilet igitur in sui custodia ab ipsis principijs sue conuersionis Monachus , & ne in remissionem, vel tepiditatem, segnitiem,

48 SPECULI D. BERNARDI.

nitiem, seu pigritiam incidat, sit as-
fiduè circumspexus, & quanto est
perfectior, tanto sit timidior, & ti-
morosior : Iuxta doctrinam Apo-
stoli ad Corinth. dicentis : *Quis se
existimat stare, videat ne cedat.* His
*ascensionibus in hac valle lachry-
marum insistat, & eas in corde suo
per regulares obseruantias dispo-
nat : Iuxta illud Psalmista dicentis :*
*Ascensiones in corde suo disposuit, in
valle lachrymarum in loco, quem po-
suit. Etenim benedictionem dabit le-
gulator ibunt de virtute in virtu-
tem : videbitur Deus Deorum in Syon.*
Tali enim de humili loco, & men-
te, dicet ille verus amicus, ut ascen-
dat in montem, & gaudijs perfrua-
tur vita æternæ iuxta illud Lucæ :
*Amice ascende superius. Tunc eris
sibi gloria coram simul di-
scumbentibus.*



C.A.

CAPITVLVM IV.

IN QVO DE DAM-
NABILIMONACHO-
RVM AD SÆCVLVM RE-
DITV PROBANS HVIVS-
modi inutiles abomina-
biles, & despe-
ratos.



NCONSTANS autem
pusillanimitas, misera
instabilitas, vt su-
pra tactum est, infœ-
Pene in
constan-
tis Reli-
gioſi.

licem Monachum & remissum, fa-
cit descendere in profundum vitio-
rum, & discedere à culmine virtu-
tum. Et ex quo in Monasterio se
præcipitari permisit ne Diabolo
suggerente caderet, & spiritualem
feruorem desereret, iam idem Dia-
bolus ipsum vt suum captiuum li-
gat, vt de ipso sicut de suo iumento

C faciat.

50 SPECVLI D. BERNARDI

faciat. Nihilque aliud restat, nisi quod sicut deseruit mentis stabilitatem, ita deserat loci habitacionem, & sanctorum societatem, & exterior homo interiori conformatur, ut qui mente in mundo conuersatur corpore ad seculum reuertatur. Et qui animo se negauit Monachum, relinquat exteriorem habitum; sicque ipse exeat ad seculum propria leuitate, vel expellatur de Monasterio sua iniquitate, ac importabilitate. Miser est talis, & ligiosi, valde reprehensibilis. Elegerat enim Religionem sibi in vxorem, sensatam vtiique mulierem, quam in timore Dei fortitus fuerat, & etiamquam bona adhærebat. Ab hac Ecclesiast. discedere disuadet dicens : *Noli discedere à muliere sensata & bona, quam fortitus es in timore Domini.* Et quia verecundia est S. Religionis quoddam initium, & conuersatio perfectionis, consequen-

Vxor Re-
ligiosi,
Religio.
Ecclesiast.
7.21.

quenter adiungitur pretiositas hu-
ijs vxoris, dum subiungit : *Gratia
enim verecundiae illius super aurum.*

Verum dum Monachus fuit in Mo-
nasterio, perseverauit in certaminis
campo, & spes poterat esse de ipsius
salutis remedio, quia victorem à
victo superari sepe videmus. Sed
ex quo dimisit locum certantis, a-
misit honorem, coronam, & glo-
riam triumphantis.

Et hæc apostasia reddit eum
multipliciter vilem. Primo enim *Apostas-
tia facie* ut virtutibus, & bonis omnibus de-
bilitatum, reddit eum inutilem. *Religio-
sum I.*

Secundo ut à Deo euomitum red-
dit abominabilem. Tertio ut ho-
minē desperatum sibi ipsi damna-
bilem.

Est enim inutilis ad omne bo-
num, & per consequens habilis ad
omne malum. Ipse namque per-
vertitur & in vultu, & in nutu; pe-
des habet inconstantes, digitos im-

C 2 minen-

52 SPECULI D. BERNARDI

minentes & fatuitatem eius monstrantes. Interius non cogitat nisi malum, & semper procurat iurgium. Vnde Salomon in Prouerbijs talem optimè describit, dicens:

Prouer. *Homo Apostata vir inutilis, peruerso
ore graditur, annuit oculis, terit pede,
dligito loquitur, prauo corde machina-
tur malum, & omni tempore iurgia se-
minat.*

Ibidem *Testor me omnia ista vidis-
se in Apostata per effectus & signa.
Sed quę pœna sequatur Apostasiam
ex hoc poteris videre quod ibidem
dicitur. Huic extemplo veniet perdi-
ditio sua, & subitò conteretur, nec ha-
bebit ultra medicinam.*

Aposta- *Quia verò
zare
quid?* *apostatare est idem quod DEVM &
& Religionē derelinquere, in dere-
linquendo Deum & Monachatum
incipit superbia, quæ est principi-
um ad omne peccatum.*

Ecclesiastico *Vnde in
dicitur: Initium super-
bia apostatare à Deo, quoniam ab illo,
qui fecit eum, recessit cor eius, quoniam ini-*

nitium omnium peccati est superbia. Apostata est inutilis, quia deserit viam utilitatis, & damnosus est per omnia, quia facit utilitati contraria. Vt ei & similibus conueniat quod *Iudic. 23*
in libro Iudicum dicitur: Citò dese- 17.

*ruerunt viam per quam ingressi fue-
runt patres eorum, & audientes man-
data Domini omnia fecere contraria.*

Talis etiam qui viam Religionis de- *Prouer*
seruit, omne malum suggerit, & *15.10.*
omnem malam doctrinam susci-
pit, ut sumatur actiuè quod legitur
in Prouerb. *Doctrina mala deserenti*
viā vitæ. Non est mirū quia dere-
linquendo Deum & Religionem,
qui habet in Religione locum pro-
prium, deserit omne bonum. De-
us enim est omne bonum: qui in *Exodi,*
Exodo dixit Moysi de se: *Ostendam 33.19.*
tibi omne bonum. Istud bonum
Apostata deiicit, ut de ipso quod le- *Osee,*
gitur in Osee intelligi possint: *Pro- 8. 3.*
iecit Israël bonum: Non est bonum

C 3 ali-

54 / SPECVLI D. BERNARDI

aliquid eum deserenti & mors est
parata ab eo exeunti. Ad eum re-
dire est vitam recuperare. Vita est
in ipso habitare. Et qui eum relin-
quit eo ipso perit. Vnde Augusti-
nus: Tale bonum est Deus ut nemi-
ni eum deserenti benè sit. Idem.
Deus à quo exire mori est , in quo
reuiuscere est redire , in quo habi-
tare viuere est, quem relinquere idē
est quod perire.

2. Abo-
minabi-
lem. Est etiam mundo horribilis exi-
ens claustrum, & abominabilis val-
de. Namque abominabile esset
participare & habitare cum homi-
ne , qui diu mortuus fuisset & in
monumento cum mortuis habitas-
set. Monachi autem mortui sunt
mundo quorum monumentum
proprium est in claustro. Ibi enim
est proprium talibus habitare , &
non cum hominibus mundo vi-
uentibus participare. Sed quando
tales per Apostasiam dimissa con-
stan-

stantia mentis exeunt de huiusmodi monumentis, sicuti nimis ad litteram efficiuntur, & exemplo abominabiles sunt causæ impedientes per viam pœnitentiae ad patriam transitum facientes. Et tales sunt hospitia Dæmoniorum, non habitationes Sanctorum. De talibus legitur in Matth. *Occurrunt ei duo habentes Dæmonia, de monumentis exeuntes sicuti nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam.* Vtautem prædixi spirituales viri mortui sunt mundo, viuunt autem Deo: ut dicit Apostolus ad Coloss. *Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Cum illo autem mundo morimur cum pœnitentiā vel Baptismū accipimus, & nostræ sepulturæ monumentum. *Rom 6, 4.* Sicut dicit Apostolus ad Romanos: **C**onseptuli enim sumus cū illo per Baptismū in mortem. Sed Apostata decorem quem acceperat in mo-

B 7 numento

56 SPECULI D. BERNARDI

numento Religionis deduxit ad horribilitatem abominationis, & fornicationibus multiplicatis, se vniuersis vitijs exponit, & prostituit ad modum meretricis. De quo potest intelligi quod legitur in Ezech.
Abominabilem fecisti decorem tuum, diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et ideo dignus est omni confusione, quia reliquit venam spiritualis vita; sicut legitur in Ieremia: *Domine omnes qui tederelinquent confundentur, recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt veniam aquarum viuentium Dominum.* Hęc vita nunquam miserum dereliqueret nisi miser ipse eam primitus dimisisset. Vnde Augustinus. Domine nemo te amittit nisi qui te dimittit.

III.
abominabilem. Ultimò Apostata & Monasterium dimittens qui fuerat inutilis & abominabilis, efficitur damnabilis.

Per

Ezech.
16. 25.

Ierem:
17. 13.

III.
abominabilem.

Per suam enim malitiam Monasteriorum egreditur , sed per se ipsum nullo tempore reuertetur. Ideo super talem miserum debent perfetti facere planctum magnum, sicut legitur in Ieremia : *Plangite eum qui egreditur quoniam non reuertetur* Idem. 22. 10.

trā ad terram nativitatis sue. Idem;
Iste qui egressus est de loco isto , non re- Ibidem
uertetur huc amplius ; sed in loco ad n. 12.
quem transtulerunt eum ibi morietur.

Quod autem exitus iste sit damnable ad sēculum transundo, & cōtra votum professionis Dominum irridendo, dicit B. P. BENEDICTVS Cap. 5. 8.
his verbis : *Suscipiendus autem , in Oratorio promittat de stabilitate sua :*
& alijs interpositis sequitur ; *vt si aliquando aliter fecerit , ab eo se damnandum sciat quem irridet.*

Nec sine causa rebus Monasterij exuitur. Sed & missio quam fecit sibi non reddetur, vnde idem S. Pater dixit : *Vt , si aliquando (suadente*

C S te

58 SPECULI D. BERNARDI

te Diabolo) consenserit, ut egrediatur
de Monasterio (quod absit) tunc exu-
tus rebus Monasterij projiciatur. Illam
tamen petitionem eius, quam desuper
altare Abbas tulit , non recipiat sed in
Fidelc Monasterio reseruetur. Consilio igi-
consiliū. tur meo quantumcunque Diabo-
lus Monachum temptationibus im-
pellat, locum, Religionem, & ha-
bitum non dimittat ; secundum il-
lud Ecclesiastes : *Si spiritus potesta-*
Eccles. *tem habentis super te ascende-*
10. 40. *rit, locum tuum ne di-*
miseris.



C.A.

CAPITVLVM V.

IN QVO AGIT
DE MONACHORVM
MONASTERII AD
MONASTERIVM
transitu.



OSTQVAM verò actū
est de reditu Monachi
ad sacerdolum, & quam
sit periculosus ostendit
sum, sequitur de transitu Monas-
terij ad Monasterium, qui quando-
que causā fit necessitatis, quandoq;
causa utilitatis, & non huncquam
causā mobilitatis & instabilitatis.
Primi duo transitus non prohiben-
tur, imò conceduntur, vltimus ve-
rò reprobatur. Inter hec enim quā-
do aliquis auctoritate superioris de
vno Monasterio ad aliud transfer-
triplex transitus
Necessitas

C 6 tur,

60 SPECULI D. BERNARDI

tur, ut ibidem præsit & prospicit, hic est
transitus in ecessitatis. Et quando

Vilita-
tis.

Monachus impedimento malorum so-
vel alias propriæ salutis, quia seipsū
cietatis nō potest saluare & ad aliū
locū transeundo credit salutē inue-
nire, potest esse transitus causa vtili-
tatis. Quando autem nec superioris

Leuita-
tis.

auctoritate mouetur, nec prædicta
vtilitate inducitur, sed propria te-
meritate & leuitate deducitur,

Primus
pertran-
suur.

tunc est transitus leuitatis. Pri-
mus verò transitus qui causa necef-
sitatibus conceditur, vt huic ope-
ri impertinens, prætermittitur; sed
de alijs duobus tractatus subijci-
tur.

Secundus
discuti-
tur.

Cum autem transit Monachus
causa vtilitatis, & propriæ salutis,
debet considerare quod se in pro-
prio Monasterio non potest salua-
re, vt prædictum est, & in alio coad-
juvantia ad suam salutem valeat
inuenire. Non potest autem de fa-
cili

PARS I. Cap. V. 61

cili saluari, vbi spes non est de ordinatione & reformatione Monasterij, & vbi substantialia Regulæ contingit ab omnibus præuaricari. Tunc enim Monachus sic exeat quod alibi suam salutem attendat, & non Monasterium pestilens eligat. Sanus enim aër & non pestilēs debet eligi qui debet ab ægritudine pestilentiae saluari. Vnde Senec. Non tantum corporibus eligere salubrem locum debemus. De hoc B. Bernardus inquit : Si quis in loco in quo professus est pro improbitate vel irreligiositate habitantium, morum conuerzionem & Obedientiam secundum Regulam obtinere fortè nequiuierit, duce spiritu libertatis transire indubitanter suadeo ad locum alium, in quo non impediatur homo reddere vota sua quæ distinxerunt labia sua. Er quidē;
Cum Sācto sanctus eris. & cum peruerteris. Vinum enim putredi- Psal. 17. 26.

C 7 ne

62 SPECULI D. BERNARDI

ne mixtum , aut in vase corrupto depositum contrahit corruptiōnem, & delectabilem amittit saporem. Vnde Poëta : *Sincerum , nisi sit*
— vas, quodcunque infundis aceſſit.

Horat.

2. Cor.
5. 6.
Galat.
5. 9.

Et secundum Apostolum ad Cor. Modicum fermenti totam massam corrupit ; quid erit si modicæ massæ multū fermenti commiscuerit ; Senec. Initium morbi est, & gris sana miscere. Item , Quomodo ad salutem reuocari possunt quos nemo retinet publicis in pellicatibus occupatos.

Sicut enim vix cum cibis & socijs delicatis potest quis propositum tenere in abstinentijs obseruandis ; ita poterit vix homo conservare munditiam cordis , & corporis cum immundis. Item Senec. Convictor delicatus paulatim eneruat , & emollit. Malignus comes, quamuis candido & simplici vultu, rubiginem suam affricuit. Eccles. *Qui communicauerit superbo , induet*
superbiam.

Ecclesi.
23. 1.

CH

53



superbiam. Malignorum ergò cohabitatio, & in malis communicatio est fugienda :& bonorum societas, & cū illis assiduitas est eligēda.

Eccles. Discede ab iniquo & deficient *Ecclesiasticus*,
mala ab te. Idem, Cum viro sancto *Ecclesiasticus* 7. 2.
assiduus esto, quēcunqz cognoueris obser- *Ecclesiasticus* 37.
uantem timorem Dei, cuius anima est
secundum animā tuam: Nam conuer- *Cum quibusc*
fatio nostra deber esse vel cum illis *bus sit*
qui nos faciunt meliores, vel cum *conuer-*
illis quos facere possumus emenda- *sandum*
tiores. Senec. Cum illis conuersare
qui te meliorē facturi sunt: Illos
etiam admitte quos tu meliores fa-
cere potes. Locus enim in quo nec
sibi, nec alijs Monachus potest pro-
ficere, & se in illo videt deficere
non est amplectendus, sed fugien-
dus. Si autem propter vnum ira-
scitur toti congregatiōni D. E. v. s.,
quanto magis, vbi omnes sunt ma-
li, poterit Deus irasci vni personae
cum malis conuersanti, vel cohabi-
tanti.

64. SPECULI D. BERNARDI

tanti. Quod autem hoc contingat,
dicitur in Iosue : Non ero ultra vo-
^{Iosue. 7.}
^{22.}
biscum, donec conteratis eum qui huius
scelerū reus es. Exeat ergo à socie-
tate cui offensus est Deus, ne in mul-
torum peccatis, & pœnis inuolua-
tur innocens unus; sicut dicitur per
Angelos ad Loth in Genesi: Surge,
^{Gen. 19.}
^{15.}
ne & tu pariter pereas in scelere ciui-
^{Num. 16.}
^{26.}
tatis. Et in libro Nutri. Recedite à
tabernaculis hominum impiorum, &
nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne
inuoluamini in peccatis eorum. Qui
enim terram in carnalibus deside-
rijs lingit, se continentem corrumpit.
Et discedendum est ab eius so-
cieta, qui non habet curam salutis
propriæ, sicut de Amalec. (qui inter-
pretatur populus lingens) dicitur
in lib. Regum : Discede ab Amalec,
1. Reg.
15. 16.
ne inuoluaris cum eo. Ille tamen
transitus debet esse discretus; cum
consilij maturitate, cum patris li-
centia, & auctoritate eti non ob-
tentia

tenta, saltem petita. *Nam in terra Job, 1, 10.*
Hus Iob aliquando inuenitur. Et *Cant, 22,*
in Canticō legitur: *Sicut liliū in-*
ter spinas sic amica interfiliā. Et talis
quandoque multum meretur, qui
in Apocal. dicente Domino com- *Apoca-*
mendatur: *Scio ubi habitas, ubi se- 2, 13.*
des est Sathanē: & tenes nomen me-
um, & non negasti fidem meam.

Et quia non semper est transitus *Tertius*
matus ut sit causa vtilitatis, sub- *transitis*
iicitur hic de transitu qui sit causā *improba-*
leuitatis, *Ad hunc transitum ex*
pusillanimitate proceditur, quem
multa dispendia comitantur, vnde
sic transeuntes paruuli appellantur: *Prouer-*
sicut de ipsis in Prouerbijs dicitur: 27, 12.
Paruuli transeuntes sustinuerunt di-
spendia. Cum autem Monachus,
qui debet esse sicut terra stabilis, &
fixus, ac firmus, mouetur de suo lo-
co ut homo leuissimus, est quidam
terribilis terræmotus, & montium
quidam concussus, sicut dicitur in
Isaia:

36 SPECULI D. BERNARDI

Isaia 13. Isaia : *Mouebitur terra de loco suo,
propter indignationem Domini exercituum.* Et in Ieremia : *Vidi mon-*
 Iere. 4. *Ies, Ecce mouebantur : & omnes
colles conturbati sunt.* Iste mo-
 tuis levitatis causatur etiam à vento
 temptationis , & facit cadere stellas à
 firmamento Religionis , sicut legi-
 tur in Apocalypsis : *Stellæ de cœlo
ceciderunt super terram , sicut ficus
emitit grossos suos cum à vento mo-*
 uetur. Et ideo non suadeo Mo-
 nacho , quod etiam obtentu arc-
 tandi se ad aliam Religionem , vel
 Monasterium se transferat , dum-
 modo in primo saluari valeat , se-
 cundum consilium B. Bernardi di-
 centis : *Sanè de Religiosis , & be-
nè ordinatis Monasterijs nullus
professus , meo consilio , nec arctio-
ris quidem desiderio vitæ , sine li-
centia sui superioris , egredietur.*
 Et subdit : *Forte vult aliquis de
Cluniacensibus institutis venire ad*
 no-

nostram paupertatem, eligens nimurum, præ illis consuetudinibus, magis Regulæ puritatem; Si me ^{Non de-} confundit, non consulio, si non sanè ^{serendū} usurpauerit Abbatis id assensu. Primo, propter scandalum ipsorum ^{Mona-} ^{sterium} ^{benè or-} quos deserit. Deinde, quia relin- ^{dinatum} quere certa pro dubijs, tutum non erit. Forsitan hoc tenere potest, il- ^{arctioris} lud non poterit. Tertio, suspectam ^{vitæ de-} habeo leuitatem, quia id tèpè quod facere volumus antequam probe- ^{siderios} mus, experti iam nolumus. Uno quippe momento id ipsum & cipientes, & respuentes tam leuiter, quam etiam irrationabiliter. Idem: Scio nonnullos de alijs Congrega- tionibus, & institutionibus ad no- strum Ordinem peruolasse, pulsas- se, intrasse, qui hoc agentes, & suis scandala reliquerunt, & nobis ni- hilominus attulerunt; dum quan- tum illos sua temeraria discessio, tantum nos conturbat sua misera
con-

68 SPECVLI D. BERNARDI

conuersatio. Et quoniam superbe
spreuerunt quod tenebant & te-
merè præsumpserunt quod non
volebant, digno Deus eorum exitu
patefecit ignauiam ; quia impu-
denter deseruerunt, quod impru-
denter arripuerunt, & turpiter ad
id redierunt, quod leuiter deserue-
ruut.

CAPITVLUM VI.
IN QVO AGIT
DE VAGO, ET CV-
RIOSO DISCVRSV,
IPSVM REDAR-
guens.



RANSITV namque,
qui est de Monasterio
ad sæculum damna-
bili ; & alio transitu,
qui

qui est de Monasterio ad Monasterium quandoque utili, quandoque inutili parte superiori præmissis, & eorum particulis explicatis, videntur est de alio transitu, qui hic subiicitur, quia stabilitati contradictione aduersatur, expressè contra votum emissum committitur, quando est discursus vagus & curiosus.

Intelligo enim vagum discursus, quem nulla necessitas, nulla *suis quis?* obediētia, nulla loci certitudo metitur: Curiosum autem, qui vel ut *quid?* delectabilia, vel oculis placentia videat, aut suæ curæ voluptuosè deseruat, aut fabulis intendat, abhorret Monasterium, & hac cura illeetus discurrit per mundum.

Vagus igitur & curiosus discursus hic ostendetur mortalis, & detestatione dignus. Nam P. & Magister noster, Cœnobitarum Regulam instituendo, & quatuor Monachorū genera distinguendo, de duobus gene-

70 SPECVLI D. BERNARDI

Cap. 1.

generibus malis breuiter se expe-
diuit, & de ipsis sic ait: *Tertium verò
Monachorum deterrium genus, est
Sarabaitarum, qui nulla Regula appro-
bati, vel experientia Magisiri, sicut au-
rum fornacis;* Sed in plumbi natura
molliti, adhuc operibus seruantes sāculo
fidem, mentiri Deo per tonsuram no-
scuntur. Qui bini aut terni, aut certè
singuli sine pastore, non dominicis, sed
suis inclusi ouilibus, pro lege eis est desi-
deriorum voluptas; cum quicquid pu-
tauerint, vel elegerint, hoc dicunt san-
ctum; & quod noluerint, hoc putant
non licere. Attende Cœnobita, ut
non tuis sed dominicis ouilibus in-
cludaris, non tua desideria, sed pa-
storis imperia, & monita regularia
prosequaris: non ad loca singula-
ria, sed ad sanctorum cœtum habi-
acula sint tua, ne plumbum, non
aurum efficiaris; ne Sarabaita, non
Monachus sis.

Sed certè quangumcunq; istud
genus

genus Monachorum sit deterri-
mum, subdit B. P. N. BENEDICTVS
aliud deterius, turpissimum, & ne-
fandum dicens : *Quartum vero ge-*
nus est, Monachorum, quod nominatur
Gyrouagum, qui tota vita sua per di-
uersas prouincias, ternis, aut quater-
nis diebus per diuersorum cellas hospi-
tantur, semper vagi & nunquam sta-
biles, & proprijs voluptatibus, & gule
illecebris seruientes, & per omnia de-
teriores Sarabaiti. De quorum om-
nium horum miserrima conuersatione
melius est silere, quam loqui. Idem
verò B. P. BENEDICTVS periculum
animarum attendens, quod in tali
discursu incurritur, & considerans
materiam per quam discursus hu-
iusmodi remouetur, dicit : *Mona-*
sterium autem si potest fieri, ita debet, Cap. 66.
construi ut omnia necessaria, id est,
aqua, molendinum, hortus, pistrinum
& artes diuersae, intra Monasterium,
exerceantur: ut non sit necessitas Mo-
nachus

72. SPECVLI D. BERNARDI

nachū vagandi foras: quia omnino non
expedit animabus eorum.

Nota quod nunquam est secu-
rum Religioso, maximè iuueni, &
in Monasterio non probato, & per
suos seniores primitus non appro-
bato, vagando discurrere, materi-
amquè discurrendi præstare. Acce-
dit adhuc consilium sapientis Se-
nec. dicentis: Subducendus est po-
pulo tener animus, & parum tenax
recti. Est igitur è mundo, qui parū
de rectitudine tenet, subducendus
quomodo tenelli, & iuuenis ani-
mus inuoluendus: vagatio enim est
maledicta, & in maledictionem
contra Cain per Dominum datur
in Gen. dicentem *Eris vagus, & pro-*
fugus super terram. Recepit in se do-
minicam damnationis sententiam,
quando de se ipso dixit: *Ero vagus,*
& profugus in terra; omnis igitur qui
inuenerit me, occidet me. Displacet
namque Domino vagatio, & per
coll-

Gene.
4. 12.

consequens placet quietudo, ut dicitur in Ieremias: *Dilexit mouere perdes suos, & non quieuit & Domino non placuit.* Quando pastor præstat causam curiosæ vagationi, æquiparatur pessimæ seductioni & perditioni; sicut dicitur in Ieremias: *Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus.* Est autem quandoque Religiosorum indigentia, vagationis occasio vel causa, ut dicitur in Iob: *Quis preparat corvo escam suam, quando pulli eius ad Deum clamanter, vagantes, ed quod non habent cibos?* Vagantibus præterea Monachis adhæret lepra quæ appellatur volatilis, cui debetur pœna infernalis; sicut legitur in Leuit: *Quod si ultrà apparuerit in his locis, quæ priùs immaculata erant, lepra volatilis & vaga; debet igne comburi.*

Et nota, quod vagus, & curiosus discursus non est Monasticus, sed curiosus discursus quisquis actus.

D

mere-

74 SPECULI D. BERNARDI

meretricius actus, & ideo propter
instabilitatem, immunditiam mere-
tricis incurrit & vilitatem, sicut le-
gitur in Prouer. de meretrice: Nouis-

Prou. 5. sima illius amara quasi absynthium, &
48 acuta quasi gladius biceps. Pedes eius

descendunt in mortem, & ad inferos
gressus illius penetrant. per semitam vi-
ta non ambulant, vagi sunt gressus eius,

Prou. 7. & inuestigabiles. Item, Et ecce occur-
so. rit illi mulier ornata meretricio, pre-
parata ad capiendas animas; garrula,
& vaga, quietis impatiens, nec valens

in domo consistere pedibus suis, nunc for-
ru, nunc in plateis, nunc iuxta angu-
los insidians. Signum autem est à
Deo abiectionis in Monacho vo-
luntas vagationis, sicut legitur in

Osea 9
17. Osea: Abiicit eos Deus meus, quia non
audierunt eum, & erunt vagi in na-
tionibus.

Mona-
sterium bona sunt in ordinata Religione, &
bene or-
dinatum quæ mala in vagatione & discursio-
ne,

ne, possum dicere tibi: quod Monasterium benè ordinatum comparatur horto deliciarum, propter frumentum delectabilitatem: comparatur Ierusalem ciuitati Sanctorum, propter bonorum ciuium habitationem: & comparatur firmamento cœlesti, propter stellarum in eo infixionem: comparatur etiam aquæ bonum saporem habenti, propter piscium spiritualium conseruationem.

Religio est hortus non solum muris materialibus clausus, sed etiam Regularibus institutionibus cōclusus, & Deo germanitate per Obedientiam proximus, ut in Cant. dicitur: *Hortus conclusus soror mea, hortus conclusus, fons signatus.* Appellat, ut iam dixi, Religionem forrem, propter Obedientiæ imitationem; sed appellat signatum fontem, propter silentij conseruationē. Ad hunc quidem hortum venit

D 2 Chri.

comparatur.

*Io
Hortus
delicia-
rum.*

Cant. 4:

12.

76 SPECVLI D. BERNARDI

Christus frequenter, & vt desideratus recipitur ibi libenter, & vt veniat inuocatur, & vt fructus eius comedat inuitatur, sicut in Cant.

Cant. 5. legitur: *Veniat dilectus mens in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.* In hoc horto psallitur sapienter, & Christus cum sanctis voces psallentium audit delectabili-

Cant. 8. liter, vt in Cant. legitur: *Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.* Et in eisdem

Cant. 2. Cant. Sonet vox tua in auribus meis: *Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Tantum autem hortum istum diligit Christus, quod ibi sacramentaliter pro nostra salute patitur, ibi corpus eius spiritualiter sepelitur, & hortulanus ipsius esse creditur, sicut de his omnibus legitur in Ioan.

Ioan. 19. Erat autem in loco, ubi crucifixus est hortus: & sequitur: *& in horto monumentum nouum;* & post pauca: *ibi ergo posuerunt Iesum.* Et de Magdalena

lена in Ioann. Illa existimans quia ^{Ioan. 20.}
hortulanus esset. Alios autem hortos ^{15.}
hunc deferentes incolunt, unde
folijs & fructibus, in quibus dele-
statuerant, priuati sunt, carentes
aque gratiae, digni erubescentia &
confusione; sicut legitur in Isaia:
*Confundentur enim ab idolis, quibus Isa. 1629
sacrificauerunt: & erubescetis super
hortis, quos elegeratis, cum fueritis
velut quercus defluentibus foliis, &
velut hortus absq; aqua.*

Item Religio Ierusalem sanctæ ^{11.}
ciuitati comparatur, quia ibi domus ^{Ierusalē}
Dei spiritualiter ædificatur, sicut in ^{sancé}
Paralipom. legitur: *Ipse præcepit ciuitati.
michi ut ædificarem ei domum in Ieru- 36. 23.
salem, quæ est in Iudea. Hæc Ierusa-
lem terrenstris, est propter illam glo-
riosam quæ est coelestis; quietis si-
quidem & non vagis constructa
est, Et propterea requiei, scilicet
Sabbati habet iter, sicut legitur in
Actibus: *Tunc reuersi sunt Ierosoly- 48. 122**

D 3 MAM

78 SPECULI D. BERNARDI

mam, à monte qui vocatur Oliveti,
qui est iuxta Ierusalem, Sabbati ha-
bens iter. Sed ab hac Ierusalem, va-
gus in Iericho, id est, in mundum
descendit; in latrones, id est, in
Dœmones incidit, virtutibusq; sin-
gulis eundem spoliantes, peccatis
eum mortalibus vulnerantes: &
eum non solum semiuiuum, sed et-
iam mortuum relinquentes; sicut

Lxx. 10. legitur in Luca: *Homo quidam de-
scendebat ab Ierusalem in Iericho, &
incidit in latrones, qui etiam despo-
lauerunt eum: & plagi impositis ab-
ierunt semiuiuo relicto. Hanc Ieru-
salem, dum semel manet per ve-
ram stabilitatem, & vitam meretur,
& habet. Sed quando egreditur,
mortis sententia in eo fertur; Vn-
de ei per Salomonem in lib. Regū
præcipitur: *Ædifica tibi domum in
Ierusalem, & habita ibi: & non e-
gredieris inde huc atque illuc. Qua-
cumq; autem die egressus fueris, &**

3. Rego. *trans-*
3. 3^{c.}

transieris Torrentem Cedron, scito te
interficiendum. Et sequitur: Quare ergo n^o 430
non custodisti iurandum Domini?
&c. Et subiungitur post pauca: Ius-
sit itaque rex Banae filio Ioiadae: qui
egressus, percussit eum. & mortuus est.
Vides quam bonum, quam secu-
rum, quam iucundum est hanc
Ierusalem habitare? vides etiam
quam periculosum, & morte di-
gnum est, hanc vagando exire?
Corrumpitur enim anima simpli-
cis Claustralis concupiscibilia mun-
di curiosè considerantis. Et aduer-
tendum, quod non licet Monaste-
riū exeunti, ut legitur in Gen. Egres-
sa est autem Dina filia Lize, ut mulie- Gen. 34
res videret regionū illius: Qam cum vidisset Sichē filius Hemor Heuei, prin-
ceps terrae illius, adamavit eam: & ra-
puit, & dormiuit cum illa, vi opprimēs
virginē. Non igitur egrediaris vagē,
non egrediaris curiosè Ierusalem
Sanctam, cœlesti patriæ proximam,

D 4 con-

go SPECVLI D. BERNARDI

consortium Sanctorum , vitam
Beatorum. Ne cum Semei mo-
riaris, nec cum Dina corrumparis,
ne in maculis pedicæ Diaboli ca-
piaris; de quibus legitur in Job. Im-
Job. 18. 8 misit in rete pedes suos, & in maculis
Sap. 14. eius ambulat. Et in lib. Sap. *Crea-*
tura DEi in odium factæ sunt, & in
tentationem animabus hominum, &
in muscipulam pedibus insipientium,

III.
Fir-
ma-
mento
cœli.

Iud. 13.

IV.
Aque
mundæ.

Postremò, propter pilcium con-
seruationem aquæ mundæ compa-
ro Religionem. Ibi enim effusio
sermonum Dei abundat, quæ boni
Monachi

Comparatur etiam Religio fir-
mamento cœli, in quo, sunt ut stel-
læ fulgentes Religiosi, inter quos
reperiuntur miserabiles & vagi, qui
sidera errantia nuncupantur. Et
tales procellis tenebrarum in per-
petuum reseruantur. De quibus
in Canonica Iudæ dicitur: *Sidera*
errantia quibus procella tenebrarum
seruata est in eternum, &c.

Monachi conscientiam mundat,
sicut legitur in Ioann. *Vos mundi loam. 15d
estis, propter sermonem, quem locutus 3.
sum vobis.* Et in Ezech. *Efundam Ezecha
super vos aquam mundam, & mun- 36.25d
dabimini ab omnibus inquinamentis
vestris.* Sine aqua piscis nescit vi-
uere, nec Monachus sine claustrō.
Habent enim sitim spiritualem, &
ideo putrefactionē incurront mor-
talem, ut legitur in Isaia : *Compu- Is. 50d
truerunt pisces sine aqua, & morien- 26
tur in siti.* Nam quæ fuerat in Reli-
gione aqua sapida, vitæque con-
seruatiua, & munda, exeunti ab ea
conuertitur, & fit sanguinolenta, &
mortis causa. Psalm. *Conuertit a- psalm. 35d
quas eorum in sanguinē : & occidit pi- 104. 29d
sces eorum.*

Veruntamen si contingat Obe-
dientiæ causa Monachum ad sæcu-
lum descendere, & per ipsum ne-
cessarium transitum facere, non de-
bet Monasticam cōuersionem de-
serere, *Dol. 15. oīdā serere,*
adū

82 SPECULI D. BERNARDI

serere , sed interius ac exterius vitam Monasticam conseruare , ac se verum esse Monachum intuentibus monstrare . Et hoc vt non discurrat , nec multum loquatur , & quando poterit , sedendo Monachus inueniatur . Nam vt dicit Hieronym . Monachum se esse non loquendo , & discurrendo , sed sedendo , & tacendo quisquis nouerit . Opportet enim necessariò quandoque Monachū exire , & imperium pralati complere : sed tunc ad eius imperiū vadat , & tabernaculum sigat
Num. 9. suum , sicut in lib. Num. filii Israel
18. fecisse noscuntur . Et quando possunt ad claustrum redire , & vitam quietam agere , semper hoc in desiderio habeant , & quietem animo non relinquant , mentemq; habeat firmam , sursum , & in patientia iunctum discursum : ut vox in auribus eorū sonet quæ Arsenio facta est cū à palatio discederet , ut Monachus

chus fieret dicens: ARSENI FVGE,
TACE, QVI E S C E, ha sunt radí-
ces non peccandi. Est enim com-
positæ mentis signum, esse in stabi-
litate, & morari secum, sicut dicit
Seneca: Primum argumentum
mentis compositæ existimo, pos-
se consistere & secum morari. I-
tem; Circumcidenda est conuer-
satio qualis est magnæ parti homi-
num qui domos, & theatra, & fo-
ra pererrantes, alienis se negotijs
offerunt. Et post pauca: si ali-
quem exeuntem de domo inter-
rogaueris quo tendis? quid cogi-
tas? Respondebit tibi: Nescio, sed
aliquos videbo, aliquid agam.
Sine proposito vagantur, incon-
sultus illis vanusque cursus est:
qualis formicis per arbusta re-
pentibus, quæ in summum ca-
cumen tendentes, deinde in i-
mum inanes aguntur. His plerique
similem vitam habent, & agunt,

D 6 quo-

84 SPECULI D. BERNARDI
quorum meritò quis inquietam di-
xerit.

CAPITVLVM VII.

IN QVO OSTE-
DITVR QVÆ SIT
VERA MORVM
CONVERSIO.



A M , inquam, supe-
rius dicto de stabilita-
te quæ Monachum
interius, & exterius
ad veram conuersio-
nem morum ordinat, & disponit;
& prætaciis illis ex quibus impedi-
tus stabilitatem miser relinquit, &
à sublimibus ad inferiora descen-
dit: nunc de vera morum conuer-
sione subiicitur rubrica , quæ sta-
bilitate mentis , & corporis iuuatur,
nutritur, regitur , & causatur.

Et

Est autem conuersio quædam, conuer-
quæ est peccatoris, quando conuer-
titur à peccatis: Est & alia species plex.
conuersionis, quæ est morum per peccato-
ingressum Religionis. Et non mi- rum &
nora videntur mihi requiri ad con-
uersione morum, quàm ad con-
uersione requirantur peccatorū.
Quid verò in utraque conuersione
requiratur, per ipsius Etymologiam Ethymo.
vocabuli exprimitur; scilicet vt logia
cor ex omni parte versetur, secun- conuer-
dum quod Magister Gratianus su- sionis.
per illo verbo, Conuertimini ad me, Zach. 10.
¶ ego conuertar ad vos; dicit: con- 3.
uersio enim, est vndiq; cordis ver-
sio. Si verò cor nostrum vndique à
malo ad Dominum conuertatur,
mox suæ conuersionis fructum me-
retur: vt Deus ab ira ad Misericor-
diam conuersus peccatori præstet
indulgentiam, cui primò præpara-
bat vindictam. Vndique ergo exi-
gitur cordis versio, & quando fit
introd. D 7 pecca-

86 SPECVLI D. BERNARDI

peccatorum conuersio, & quando
fit morum emendatio: vt sicut fuit
vndique versus, & conversus à pec-
catis; ita conuertatur, & vndique
vertatur à vita aetibus saecularis, vt,
Deo autore, semel à peccatis con-
uersus, in suis moribus sit iterum
totus conuersus: sicut in lib. Regum
3. Reg. 18. 37. Helias dixisse legitur: *Tu conuersti*
cor eorum iterum. Et tunc fons la-
chrymarum qui paruus est, in con-
uersione morum, & per veram co-
templationem in lucem conuerti-
tur & solem; sicut in Esther dici-
tur: *Paruus fons crevit in fluuium,*
& in lucem solemq; conuersus est. Nam
ista conuersio ad statum contem-
plationis veræ lucis & solis, con-
uersum illuminat subtracto velami-
ne saecularis conuersationis, vt dicit,
Apostolus ad Corinth. *Cum autem*
2. Cor. 3. *conuersus fuerit ad Dominum, auferen-*
86. *tur velamen: Dominus autem spiritu*
est: ubi autem spiritus Domini, ibi li-
bertas,

Esther
10. 6.



bertas Et sequitur: *Nos vero omnes
reuelata facie gloriam Domini specu-
lantes, in eandem imaginem transfor-
mamur à claritate in claritatem, tan-
quam à Domini spiritu.* De fructu v-
triusq; conuersionis, & sublimitate
contemplationis legitur in Ieremia:
*Si conuertēris, conuertam te, & ante Iere. 15.
faciem meam stabis.* Et, sicut in prin- 19.
cipio tactum fuit, ad hanc conuer-
sionem, quæ est de moribus, Mona-
cho non sufficit mutasse locum, as-
sumisse habitum, altam deferre
tonsuram, latamq; coronam, nisi
mores sœculares abijciat, & in reli-
giosos omnino conuertat. Illa enim
non veritas, sed signa sunt, & um-
bra quædam Religionis existunt.
Vnde B. Bernardus: 'Corporis
conuersio si Sola fuerit, erit nul-
la. Forma siquidem conuersio-
nis est ista, non veritas; vacua
virtute, gerens speciem pietatis.'

Sanè

88 SPECVLI D. BERNARDI

Vera cō-
uersio
debet
esse.

Menta-
lis.

Sap. 1.3. Peruēse cogitationes separant a Deo.

Isa. 11.6. Et in Isaia: Auferte malum cogitatio-
num vestiarum ab oculis meis: quiesci-
te agere peruersè, discite bene facere.

Ierem. 35.15. Et in Ieremia: Conuertimini unus-
quisque à via sua pessima, & bona fa-
cite studia vestra. Sed qui non con-
uertitur verè, non vult intellectum
ad cogitandum de Deo dare; vt di-
citur in Osea: Non dabunt cogitatio-
nes

Sanè ad veram conuersionem
morum credo esse necessarium, vt
ipsa conuersio sit mentalis in cor-
de, verbalis in ore, exemplaris in
opere.

Conuersio Monachalis debet
esse mentalis, & quantum ad intel-
lectum, & quantum ad affectum:
quantum ad intellectum, vt cogita-
tiones malæ, quæ à Deo separant,
auferantur; & studia bona & sancta
per consequens acquirantur, & sic
verè à via mala Monachus conuer-
titur. De his in lib. Sap. legitur:

nes suas ut connertantur ad D E V M
suum. Qui autem non intelligit,
nec per consequens rectè diligit; &
qui se Deo non coniungit conuer-
tendo & diligendo, nec dilectum
recipit, vt ad ipsum conuertatur a-
mando. Vnde in Cant. *Dilectus* Cant. 2.
meus mihi, & ego illi. Ergo ipse mi- 16.
hi, quia ego sibi. Et iterum: *Ego di-* Cant. 7.
lecto meo. & ad me conuersio eius. Ac 10.
si diceret: *Ego ad dilectum meum*
intelligendum, & diligendum sum
versus, & ipse ad me diligendo est
conuersus. Et ideo debet à purita-
te intellectus descendere in teneri-
tudinem diligentis affectus, & tunc
sequitur quod nihil aliud diligat ni-
si Deum, & proximum secundum
eum. Et iuxta hoc dicit Senec. Me-
tuat, tristetur, & gaudeat. Vnde B.
Bernardus: Attende solerter quid
diligas, quid metuas, vnde gaudeas
aut tristeris. Idem; Conuertatur a-
mortuus, vt nihil omnino diligas
nisi

90 SPECULI D. BERNARDI

nisi Deum, aut certè propter Deum. Conuertatur etiam ad ipsum timor tuus: quia peruersus est timor o-
minis, quo metuis aliquem præter
Deum, & non propter eum. Sic
gaudium, & tristitia æquè conuer-
tantur ad ipsum. Hoc autem prin-
cipaliter fit Dei ministerio ut con-
uertamur mentaliter. Nam si verè
conuertimur, per puritatis affectum
ad statum innocentiae innouamur:
sicut in Threnis legitur: *Conuerte*
Ithren,
§. 210.
nos Domine ad te, & conuertemur; in-
noua dies nostros, sicut à principio. De-
putatus namque ad cognoscen-
dum intellectus, & tener ad di-
ligendum ipsum affectus de facili
illuminatur, vt defectus proprius
cognoscatur. Vnde abominatio-
nes primò Ezechieli ostenduntur,
& ei multoties inculcatur: *Ad-*
buc conuersus videbis abominationes
maiores. Ingressus enim ad inte-
riorem hominem, & progressus
ad

ad eius considerationem, etsi in introitu videat quasdam abominationes, semper se considerando inuenit in se maiores, & magis cognoscit proprios defectus præteritos, & præsentes; sicut idem Ezechiel primò vidit; *Idolum Zeli in i-* ^{Ezech. 8} *n. 6.*

pso introitu templi, sed postea dictum ^{n. 13.} est sibi: *Adhuc conuersas videbis abominationes maiores.* Et sequitur quod vidit *septuaginta viros de senioribus domus Israel.* Et post pauca sequitur: *Vnusquisque habebat thuribulum in manu sua.* Itaqrumque dictum est ei: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Et sequitur: *Ecce ibi mulieres sedebant, plangentes Adonidem.* Postremò dictum est ei: *adhuc conuersus videbis abominationes maiores huc.* Post pauca: *Et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, &c.*

Nam

92 SPECVLI D. BERNARDI

Nam prædicto modo disposito intellectu, & ordinato pro posse affectu, quod credebat in se boni veritatem, inuenit solam esse similitudinem, & idcirco in prima consideratione sui occurrit idolum Zeli; nec enim in via potest haberi illius amoris certitudo, de quo in patria habebitur plenitudo. In secunda vero sui consideratione defectum esse considerabat, ubi virtutem esse credebat: quia inani gloria thurificando attribuitur, quod soli Deo, cuius est gloria, debebatur. Et ideo quemlibet seniorem inuenit thurificantem, dum de virtutibus reputat præsumentem. Verum adhuc magis defectus suos considerat; dum magis comminiscendo in interioribus intrat, dum se aliquid credit fortitudinis habuisse, & de illa Domino non seruisse, Adonidem plantentes inuenit mulieres. Adonidem quippe, seruiens eius, vel fortitudo

titudo eorum, interpretatur. Hic quippe à mulieribus plangitur, dum virtutis fortitudinem inaniter consumptam dolendo conqueruntur.

Vnde lamentando in Job. queritur:

Vbi est fortitudo tua? Ipse non se iu- *Job. 4.6*
stificando, sed amissionem suę for-
titudinis lamentando, respondet
cum Isaia: *In vacuum laboravi, sine Is. 49.4
causa & vanè fortitudinem meam con-
sumpsi.* Postremò dorsum quis con-
tra templum se habere reperit, dum
non virtutibus aliorum, sed diuitijs
& honoribus intendit. Qui quidem
ad Orientem adorat, dum generis
nobilitatem, aut mundanam poten-
tiam plus quam expedit, & debet
honorat. Hac igitur cōuersione per-
acta in mente, oportet quod con-
uertatur in verbo & opere. Nam
cum dixisset Dominus in Iohel:
*Conuertimini ad me in toto corde ve- Iohel 2.12
stro;* sic interiore homine conuerso,
procedit ad exteriorem debitum ad-
aptatio-

94 SPECULI D. BERNARDI

apstalonibus conuertendum, & ad conuersionem debitā exterius ordinandum. Vnde subiungitur: *In ieunio, fletu & planctu. &c.* Nec propter exteriorem est interior dimitēdus, vel in aliqua relaxandus. Vnde sequitur: *scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Demum subdit præmiū conuersionis, quod est benignitas diuinæ miserationis, dū dixit: *Et conuertimini ad Dominū DEVM vestrum: quia multus est ad ignoscendum: & quia benignus & misericors est.*

Planè prima conuersio interior est cordis, quam sequitur exterior, quæ est in verbis; & perficitur in operibus bonis; vt primò sit mentalis, secundò verbalis, tertiò opere probabilis. Dictum est de prima: subiungitur de secunda; quia nisi conuersus refrænando linguam habeat labia circumcisæ, erit conuersio religione vacua. Vnde dicit B.

Iaco-

Jacobus: *Si quis putat se religiosum iacob.* 80
esse non refrænans linguam suam, sed 26.
seducens cor suum, huius vana est re-
ligio. Pro eodem enim accipio
conuersionem & circumcisionem:
quia non est vere interius & exte-
rius conuersus, qui non est in utro-
que homine circumcisus. Nam de in-
teriori Apostolus ad Coloss. ait;
Circumcisi estis circumcisione non ma- Coloss. 26
nus facta. Ad quam mouetur in 11.
Deuteronomio; *Circumcidite pre- Deutero-*
putia cordium vestrorum. Dicatum 10*c.* 16*q*
est de prima & potiori; sed in Io-
sue dicitur de secunda posteriori &
exteriori: *Circumcidite secundo fi-* 10*f.* 5*.26*
lios Israel, Et nota quod inter illa
quæ non modicum manifestant
veram conuersionem, vel dissolu-
ti irreligiositatem, est bona vel
fatua loquela; unde dicitur in
Matthæo: *Galileus es, nam & lo-* Mat. 26*q*
quelatua manifestum te facit. Igitur 73*e*
circumcisus in mente, circum-
cidatur

cidatur in ore. Hanc eandem circumcisionem celebrare solemniter voluit N. B. Magister, dum Lingue vitium damnavit terribiliter dicens:

Cap. 6. *Scurrilitates, vel verba otiosa aut risū mouentia, æterna clausura in omnibus locis damnamus.* Vides charissime non vnius diei, sed æternitate temporis appositam mensuram; non in uno loco, sed in omnibus mirabilē dataī clausuram, Imitatus est Paulum Apostolum patrem & Magistrum Monachorum; nam Apostolus dixerat ad Ephesios: *Omnis*

Ephe. 4. sermo malus ex ore vestro non procedat,

29. Nihil autem excipit, qui dicit omnis. Sed cum expedit ut quis loquatur, qualis debeat esse sermo, subiungitur dicens: *sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Dissuadetur igitur sermo malus, permittitur aliquando sermo bonus, nec simpliciter omnis bonus, sed ædificarius, &

gra-

gratiæ operatiuus; nam interdum
silendum est Monacho, & maximè
subdito, & sçpè Prælato: vnde de
taciturnitate, præmisso verbo Psal-
miste: *Dixi custodiam vias meas,* vs- *Psal. 38.*
que ibi, *Silui à bonis:* dicit B. P. N. cap. 6.
Benedictus. Hic ostendit Propheta, si
à boni eloquij*s* interdum propter taci-
turnitatem debet taceri; quantò magis
à malis verbis propter pœnam pecca-
ti debet cessari. Et concludendo
subiungit: Ergo quamuis de bonis, &
sanctis ad adificationem eloquij*s*, perfe-
ctis discipulis, propter taciturnitat*is*
grauitatem, rara loquendi concedatur
licentia; quia scriptum est: in multi-
loquio non deerit peccatum. Et iterum:
Mors & vita in manibus linguae; Nam, Prouer-
vt post subdit: *Loqui & docere Magi- 10. 19.*
strum condecet, tacere & audire disci-
pulo conuenit.

Circa hoc est Notandum quod,
quando oportet Religiosum aliquid
dicere, multum debet curare, vt sit

E circum-

Religio- circumcisus in suo sermone. Debet
sc locu- enim Prælati & subditi locutio esse
tio sit. discreta, sana, cauta, ponderosa, ve-
 ra, non ociosa, non maledicta, non
 detractoria, non adulatoria.

Discre- Quod debeat esse discreta, dicit
ta. Gregorius in Pastorali: sit rector di-
 scretus in silentio, recus in verbo &
 vtilis. & B. Ioannes: Quoties loqui-
 mur aut non in opportuno loco, aut
 non vt conuenit audientibus, toties
 sermo malus procedit de ore nostro
 ad destructionem eorum qui audiunt.
 Cōsideremus itaq; quid loquimur:
 Mat. 12.
 36.

Sana. *Quia pro omni verbo ocioso reddituri*

sumus rationem in die iudicij.

Quod debeat esse sana, dicit Ana-
 cletus Papa in decreto: Sane percu-
 sor ille Doctor dicitur, qui sermone
 inutili conscientiam percutit insfir-
 morum, ideo tenere vos, & omnes
 fideles oportet, eum qui secundum
 doctrinam & fidem sermonem
 est, vt potens sit consolari in doctri-
 na

na sancta; & contradicentes redarguere, & recte viuentes, atq; fidem tenentes consolidare.

Item de cautela verborum dicit B. *cautel* Gregorius: Cum rector se ad loquendum præparat, sub cautelæ studio ut loquatur attendat, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnera audientium corda feriantur.

De ponderatione verborum in *Pondera-* Decreto Calixtus Papa loquitur di- *rosas*: cens: Ponderet vniusquisq; sermo- nes suos, & quod sibi non vult loqui, alteri non loquatur.

De veritate sermonis Chrysosto- *Vera*, mus ait: Ideo Dominus inter iuramentum & loquelandum nullā vult esse distantiam: quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoq; in nostris verbis nullū conuenit esse mendacium: quia vtrumq; perjurium, & mendacium, diuinī iudicij pœna damnatur: dicēte scrip- tura: Os q̄ mentitur occidit animā.

E 2 Item

100 SPECVLI D. BERNARDI

*Non o-
tiosa.*

Item quod sermo non debeat es-
se otiosus, satis est ostensum supe-
rius, ubi dictum est eum esse debere
discretum,

*Non ma-
ledica.*

Item nec maledictus: sermo e-
nim maledictus frequenter in male-
dictionem loquentis reuertitur; sic-
ut dicit B. Augustinus: sicut avis in
ventum volans, aut passer quolibet
vadens; sic maledictum frustra pro-
latum venit supra illum, qui misit il-
lud. Et Hieronymus ait: Qui negli-
gunt oris maledicti consuetudinem
refecare, etiamsi non corde maledi-
cant, tamen immunditiam labio-
rum, secundum Isaiae verbum, &
inquinamenta oris incurruunt.

*Non de-
tracto-
ria.*

Nec detractorius sermo debet es-
se. Vnde Auterius Papa referens
Nicenz synodi inter cetera dixit:
Caveat vniuersquisq; ne aut linguam,
aut aures habeat prurientes; id est,
ne ipse, aut alijs detrahatur, aut alios
detrahentes audiat. Et post pauca:
Parcant

Parcant singuli detractorijs lingue,
custodianque sermones suos, & di-
scant, & sciant; quia cuncta quae de
alijs loquentur, sua etiam sententia
iudicabuntur.

* De adulazione pulchrè B. Grego-
rius dixit, super illo verbo: *Ipse edi- Non adi-
ficabat parietem, illi autem liniebant dulato-
eum.* Parietis quippe nomine pec- ria. E-
cati duritia designatur. Edificare zech.
quidem parietē est contra se quēm- 13. 19.
piam peccati obstacula construere:
sed parietem linient qui peccata
perpetrantibus adulantur. Ut quod
illi peruerse agentes edificant: isti
adulantes quasi nitidum reddant.
Item de adulazione & adulationis
malo, Augustinus ait, Nemo peri-
torum & prudentium putet quod
minus sit periculum in verbis, lin-
gua mentiendo, quam manibus san-
guinem fundendo. Melius est enim
propter veritatem pati supplicium,
quam pro adulazione beneficium.

E 3 Vlti-

Vltimum quidem quod requiri-
tur ad conuersionis verbum, est
quod non sit murmuratorium, vn-
de B. P. N. Benedictus ait sic. Hoc an-
Cap. 40. te omnia admonentes, ut absque mur-
murationibus sint Fratres. Item: Nam
cum malo animo si obedit discipulus, &
no solum ore, verum etiam in corde si
murmurauerit, et si impleat iussio-
nem, tamen iam acceptum non erit
Deo, qui cor respicit murmurantū, &
pro tali facto nullam consequitur gra-
tiam, imo pœnam murmurantium in-
currit, si non cum satisfactione emen-
dauerit. Murmuratio etenim in cor-
de, & in ore grauissimā habet cul-
pam: & ideo ad grauem obligat
pœnā; sicut dicit Apostolus ad Co-
rinth. Neq; murmuraueritis sicut qui-
dam illorum murmurauerunt, & perie-
rūt, ab exterminatore. Murmur enim
non est solummodo contra Officia-
lem, vel Prælatū, sed est expressè ac
specialiter contra Deum; sicut Moy-
ses

*1. Cor.
10. 10.*

ses de se dixit ad Aaron in Exodo:

Nos enim quid sumus quia murmuratis contra nos? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

Verum est murmурatio signū corporis voluptuosè nutriti, & cordis iudisciplinati. De corpore nutritio voluptuosè, & idcirco in religiosis abstinentiā murmurante, potest intelligi, quod legitur in Exo *Murmurauit omnis congregatio filiorum Israhel contra Moysen & Aaron in solitudine, dixeruntque filii Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate.* Signum indisciplinati cordis est contra corrigentem murmurare: quia disciplinatus nō murmurat correctus, sicut dicitur in Ecclesiastico: *Seruo sensato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus.*

Nam disciplinatus tribulationem sustinet

E 4

Exo. 16. 8.

Exo. 16. 2.

Eccl. 10. 28.

104 SPECVLI D. BERNARDI

sustinet patienter, & in timore stat
Domini perseueranter. At que-
rulosus improperium suæ murmu-
rationis & impatientię profert con-
tra Deum, & Diabolus potestatem
Judith 8. 23. accipit super eum, sicut ex libro Iu-
dicum colligitur. Omnes qui pla-
cuerunt Deo, per multis tribulationes
transierunt fideles. Illi autē qui tenta-
tiones non suscepserunt cum timore Do-
mini, & impatientiam suam, & im-
properium murmurationis suæ contra
DOMINVM protulerunt, exterminati
sunt ab exterminatore, & à serpentibus
perierunt. His ergo consideratis,
& plenè inspectis, si linguam laxan-
di licentiam habeas, circumcisum te
ac utilem loquendo demonstres, in
quo non sis insipiens, superfluous,
vel damnosus, & in omnibus sis ra-
tionabilis, non verbosus; sicut bea-
Cap. 7. tus Pater noster dicit. Undecimus
humilitatis gradus est, si cùm loquitur
Monachus, leniter, & sine risu, humili-
ter

ter, & cum grauitate, & pauca verba, & rationabilia loquatur: & non sit clamosus in voce, sicut scriptum est: *Sapiens verbis innotescit paucis.* Ta- ^{Eccl. 20d} citurnitatem igitur te Frater charif-
sime habere consulo, & tunc non peccabis in verbo, sicut Magister noster ait: *Nonus humilitatis gradus Cap. 78*
est, si linguam ad loquendum prohibeat. Monachus, & taciturnitatem habens
usque ad interrogationem non loqua-
tur.

Ad exteriorem autem conuer-
sionem etsi sit vtilis linguae coertio,
& verborum moderatio, est tamen
necessaria sensu ordinatio. Est au-
tem ordinatio in sensibus optima,
quod non permittantur dominari
vitia, sicut instruimur in Tobia: *Su-*
perbiā nunquam in tuo sensu, aut in ^{Tob. 46}
tuo verbo dominari permittas: in ipsa ^{14.}
enim initium sumpsit omnis perditio.
Sensus enim prudeuter gubernati,
ostendunt inhabitare virtutes in
mente

106 SPECVLI D. BERNARDI

Eccles. mente sensati, sicut dicitur in Ecclesiastico : *Ciuitates inhabitauerunt per sensum prudentium.* Nota, quod magna dicitur esse differentia inter sacerdotaliter conuersantibus: quia non debet ambulare in suorum sensuum vanitate , quasi intellectus obscuratus tenebrositate, neque viuat Laicaliter:

10. 3. nam & Laicus viuit quodammodo gentiliter , & cauet ab immunditijs peccatorum , vt non videatur esse de numero desperatorum . De his potest intelligi monitio Apostoli ad Ephesios dicentis: *Hoc igitur dico, & testificor in Domino, ut iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes tradiderūt se met ipsos impudicitie, in operatione immunditiae omnis in auaritiam.*

Ephes. 4. 17. *Est homo exterior prohiben-*

hibendus, ut sit habitus honestus,
non notabilis pretiositate, super-
fluitate, vel singularitate. Risus
claustral is autem sit rarus & mo-
destus, & incessus valde maturus:
nam ista enunciant de eo, quod
est in Monacho siue de bono, siue
de malo, ut dicitur in Ecclesiasti-
co: *Ex visu cognoscitur vir, & ab Eccl. 19.
occursu faciei cognoscitur sensatus: A. 26.*
*mictus corporis, & risus dentium, &
ingressus hominis enunciant de illo.*
Si enim membra vestra ante con-
uersionem fuerunt minus bene
cohibita, post conuerisionem de-
bent ostendi munda, & iustifica-
ta, sicut dicit Apostolus ad Roma-
nos: *Sicut exhibuistis membra ve-*<sup>Rom. 6.
19.</sup>
*stra seruire immunditiae & iniquita-
ti ad iniquitatem: ita nunc exhibe-
te membra vestra seruire iustitiae in
sanctificationem.* Hanc doctrinam
exterioris conuerisionis pulchre
nec minus utiliter ministrat Mo-

E 6 nacho

ab dom.

108 SPECVLI D. BERNARDI

nacho beatus Pater noster dicens:
Cap. 7. *Duodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde Monachus, sed etiam corpore humilitatem se uidentibus semper indicet, id est, in opere, in Monasterio, in Oratorio, in horto, in via, in agro, vel ubicumq; sedens, ambulans, vel stans, inclinato semper sit capite, defixis ad terram oculis, reum se omni hora de peccati sui existimans, iam se tremendo iudicio Dei præsentari existimet.* Exterior enim ostensio moderationis, est argumentum sanctæ conuersationis, & est viæ præclusio detractionis, sicut dicit beatus Pe-

1. Pet. 2. 22. *trus: Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant DEum in die visitationis. Nam in sancta conuersatione perseverans Monachus, est non tantum Deo, sed & hominibus acceptus valde. De quo commendam*

mendatur Tobias his verbis: In bo- Tob. 14
na vita & in sancta conuersatione per- 17.
mansit, ita ut acceptus esset tam Deo,
quam hominibus & cunctis habitanti-
bus in terra.

CAPITVLVM VIII.
IN QVO VERÆ
MORVM CONVER-
SIONIS IMPEDIMENTA NVME-
rantur, & euitanda com-
probantur.



I C T O de aliquibus,
quæ ad morum con-
uerzionē faciunt, cō-
sequenter subiungi-
tur de illis, quæ san-
ctam conuersationem impediunt.
Sunt autem Consuetudinē prauī- Conuer-
tas, Monasterij laxitas, prædicatio- sionem
nis raritas, exemplaris corruptibili- impedi-
tas conuersi, imò melius, peruersi
mala voluntas. E 7 Ad

110 SPECULI D. BERNARDI

I.
Consue-
tudinis
Praui-
tas.

Ad primum potest dici quod bo-
nas & malas impressiones recipit an-
timus, maximè in conuersatione
tenellus. Vnde versus.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Quando enim incipit ad euellen-
dum Monachus vitium laborare dū
est tener, satis erit facile, quod in
iam indurato esset difficile. Vnde
refert Hilarius Arelatensis de beato
Honorato, quod quando s̄eculum
dimittere deliberabat, sibi ipsi deli-
berando dicebat: Eruamur ab his
laqueis, dum minus tenemur: faci-
lius enim est tenella euellere, quam
robusta subscindere; quæ enim in
iuuentute apprehenduntur, in se-
nectute nō facile dimittuntur; sicut
dicit Salomon in Proverb. Adole-
scens iuxta viam suam, etiam cum se-
nuerit non recedet ab ea. Ecclesiastes.
1.15. Peruersi difficile corriguntur. Bernar-
dus. Omnis malus animus, priu-
quam indurescat, malitia illius mol-
liri

Prouer.

22. 6.

Eccles.

1.15.

liri potest, sed postquam induratus erit, desperandum est, id est, raro sperandum; virgulæ enim possunt dirigi, si distortæ fuerint, sed nequaquā possunt de facili si sunt trabes factæ. Conādum est igitur in iuuentute sanctam conuersionem incipere, & iugum domini ab adoleſcētia portare, sicut legitur in Threnis: *Bonum est viro cum portauerit Thren.* iugum ab adolescentia sua. Nam quæ 3. 27. quis mala in adolescentia didicit, vt plerunq; sit perseverando vsque ad finem vitæ deducit. Vnde dicitur in Iob. *Ossa eius implebuntur vitiis* Job. 26 adolescentiæ eius, & cum eo in pulvere dormient. Durum enim est malam consuetudinem, quæ est altera natura, exuere, & aliam notiam induere; sicut legitur in libro Iudicium: *Non dimiserunt adiumentio- luentes suas,* & viam durissimam per 19. quam ambulare confuerunt. Ideoq; multum est Monacho cauendum, ne apprehendat consuetudines scula-

112 SPECVLI D. BERNARDI

cularium, secundum Deum in Le-
 uitico. Iuxta consuetudinem terra Ä-
 gypti in qua habitastis non facietis, &
 iuxta more regionis Chanaan, ad quam
 ego introducturus sum vos, non agetis:
 nec in legitimis eorum ambulabitis. Fa-
 ciat sibi igitur Monachus consuetu-
 dinem bonam cōtra consuetudinē
 malam, affectū & delectationes cū
 Dei adiutorio immutando, delecta-
 tiones & affectus optimos apprehē-
 dendo; Sicut B. Bernardus: Ad ex-
 uendum se de seruitutis necessitate,
 ad carnis sux dominantē consuetu-
 dinem accingat, necessitatē sibi fa-
 ciens cōtra necessitatem, & affectū
 sibi formans cōtra affectum, donec
 plenam mereatur habere delecta-
 tionem contra delectationem.

11. Circa secundum impedimentū,
 quod est Monasterij laxitas, potest
 considerari breuiter, quod vix aut
 nunquam serpens dimitteret suam
 pellē, nec per consequens reuoca-
 ret

ret iuuentutē, nisi ingrederetur arctum foramen. Sic & Monachus in laxo Monasterio auctum secularium vix dimittit, & sic per consequens viam quæ est angusta & arcta æternæ vitæ amittit: Sicut Dominus in Matt. *Intrate ergo per angustum por-* Matt. 7.
tam, quia lata porta & spatiovia 13.
est, quæ dicit ad perditionem, & multi
sunt qui intrant per eam Quam angu-
sta porta & arcta via est, quæ dicit ad
vitam, & pauci sunt qui inueniunt eā.

Tertium est prædicationis, siue do-
 trinæ raritas. Doctrina spiritualis ti-
 morem in corde audientis in prin-
 cipio generat, sed postmodum ani-
 mum ad spem eleuat. Quantū verò
 damnū sustineat, qui ad timorem &
 spem cor suum non applicat, per se
 quisq; sapiens videat. Primo quippe
 non habet commodū sive castiga-
 tionis. Iterū nec habet dulcedinem
 mellis spiritualis. De primo in Ec-
 clesiastico. *Sapientia filii sui vitam*
inspirat;

III.
 prædi-
 cationis
 Raritas.

114 - SPECULI D. BERNARDI

inspirat, & sequitur: Timorem, & metum & probationē inducat super illū, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius: Et firmabit illum. De secundo habetur in Proverbijs: Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: Sic & doctrina sapientiæ animæ tuae: quam cum inueneris, habebis in nouissimi spem, & spes tua non peribit.

IV.
Exemplaris
Corru-
ptibili-
tas.

Eccles.
19. 30.

Quartū est exemplaris corruptibilitas. Circa quod notādum, quod perdurantes in vitijs vitiosi, et inuitis eorū socijs, præbēt multa exempla magna perpetrādi peccata, sicut legitur in Eccles. Qui se iungit forniciariū, erit nequam: putredo, & vermes hæreditabunt illum, & extolleter in exemplum maius. Damnabilis verò est quando maiores, qui debent esse exemplū salutis, non sumunt ad utilitatē suam exemplum pœnæ in damnationem alijs; sicut B. Iudas in Cano-

Canon. ait: *Sicut Sodoma & Gomor-
ra, & finitimæ ciuitates, simili modo
exfornicatae, & abeuntes post carnē al-
terā, factæ sunt exēplū ignis æterni pœ-
nā sustinentes: similiter & hi qui carnē
maculat. Et post pauca de ipsis sequi-
tur: Hi autem quæcunque quidem ignorant, bla-
phemant: quæcunque autem naturaliter tanquam
muta animalia norunt, in his corrūputur.*

Iudæi;

Ad quintum & ultimum, quod est
mala voluntas, dici potest, quod ho-
mines suæ voluntatis, sequuntur ob-
edientiam Diabolicæ prauitatis. Vo-
luntas enim Diaboli est, quod miser
ambulet in desiderijs suis, & corruat
in diuersis peccatis. Est enim miser
captus in eius carcere; & ideo facit
eum diuersimodè ruere. Et in viâ
secum ambularem cōfundit: quia
secundum propriam voluntatē va-
dit. De quibus omnibus sequentes
auctoritates adaptando, intelligere
potes quod Apostolus dicit ad Tim.
*Seruum autem domini non oportet litigare: 2. Tim.
sed mansuetum esse ad oves, docibilem, pa- 2. 240
tientem.*

*Malalas
luntas.*

116 SPECULI D. BERNARDI

tientem , cum modestia corripientem
 eos, qui resistunt veritati , ne quando
 Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem , & resipiscant à
 Diaboli laqueis , à quo capti tenentur
 ad ipsius voluntatem . Et B. Petrus
 in canonica : Sufficit enim præteri-
 tum tempus ad voluntatem gentium
 consummandam his qui ambulauerunt
 in Luxurijs , desiderijs , vinolentijs ,
 comessationibus , potationibus , & illi-
 citis idolorum cultibus . In quo admirantur
 non concurrentibus vobis in e-
 andem Luxuria & confusionem , blasphemantes . Item Ecclesiasticus : Cum
 audace non eas in viâ , né forte grauet
 mala sua in te : Ipse enim secundum
 voluntatem suam vadit , &
 simul cum stultitia
 illius peries .

Ecli. 8.
18.



CA-

CAPITVLVM IX.
IN QVO AGITVR
DE OBEDIENTIA,
ET DE HIS QVI
sub obedientiâ de-
gunt.

VPERIVS prout mi-
nistrauit Dominus,
dictum est de duabus
perfectionis partibus,
scilicet de stabilitate, & morum con-
uersione. Nunc sequitur tertia per-
fectionis pars, de obedientiâ, & eius
commendatione; quam prosecutu-
rus sum cum illius auxilio, qui obe-
diens Deo patri usq; ad mortem fuit.
Qui & in veteri testamento man-
data obediétiæ dedit, sed in sui san-
guinis effusione, in nouo obedien-
tiæ mandata compleuit.

Inten-

Intendo igitur procedere sic. Primo obedientia describetur. Secundo qualiter sit implenda, tractabitur. Tertio aliquid de eius commendatione agetur. Quarto malum inobedientiae, ac inobedientis poena monstrabitur.

*Descri-
ptio Obe-
dientiae.*

Obedientia enim sic describitur : *Obedientia est voluntas faciendi praeceptum superioris.* Item : *Obedientia est subiectio, qua homo spontaneè Dei intuitu, alterius hominis voluntati subditur.* Item : *Obedientia est obtemperatio secundum regulam sacrae scripturae, maioribus debita.* Item : *Obedientia est spontaneum, & rationabile propriae voluntatis sacrificium.* Item : *Obedientia est propriae voluntati abnegatio.* Ego autem dico. *Obedientia est humili abiectio propria voluntatis quà quis se abnegat propter Deum, ut non suam, sed alterius promptè sequatur in omnibus voluntatem.*

*Obedi-
entiae
partes,*

Hæc enim obedientia debet esse voluntaria, prompta & integra.

Volun-

Voluntaria enim est illa obediens ^{volun-}
tia, quæ ex pura cordis voluntate ^{tariae}
procedit. Hæc commendatur ab A-
postolo, quod præstet à peccatis li-
berationē, & ad plenam libertatem
contra pessimam seruitutē. Ad Ro- ^{Rom. 6.}
manos: *Gratias autem Deo, quod fui- 17.*
stis serui peccati: Obedistis autem in
eam formam doctrinæ, in quâ tra-
diti estis, liberati autem à peccato,
serui facti estis iustitiæ. Per hanc in-
cedere, & deduci obedientiæ semi-
tam, desiderabat Psalmista, dicens:
Deduc me Domine in semitam manda- ^{Psal. 118}
torum tuorum: quia ipsam volui. Et
quod hoc sacrificium voluntariè sit
offerendū, idem Psalmista dicit: *Vo-*
luntariè sacrificabo tibi. De hac etiam ^{Psal. 53}
beatus P. Benedictus sic ait: *Obedien-* ^{Cap. 50}
tia quæ maiorib. præbetur, Deo exhibe-
tur. Et subiungit: *Ipsā cū bono animo*
à discipulis præberi oportet, quia hilarē
datorē diligit Deus. Oportet et quod sit in
obedientia voluntaria hilaritas, quæ in
vultu,

vultu. & sermonibus ostendatur; quia non libenter ostendentis tristitiam, imperatur. Vnde pulchre ait beatus Bernardus: Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multum coronant obedientiam obsequentis. Nubilosa corporis compositio, & facies tenebris tristitiae obfuscata, deuotionem ab animo recessisse, significant. Quis enim libenter imperat, homini tristitiam indicanti?

Promptia Debet etiam esse prompta; quia
Psal. 17. illum commendat Psalmista di-
35. cens: *In auditu auris obediuit mibi.*
Cap. 5. Item Beatus Benedictus: *Primus hu-
 militatis gradus, est obedientia sine mo-
 râ.* De hac etiam promptitudine
 voluntariæ obedientiæ, beatus Ber-
 nardus sic ait: Verus obediens man-
 datum non procrastinat, sed parat
 oculos visui, aures auditui, linguam
 voci, manus operi, pedes itineri, &
 sic se totum colligit interius, ut præ-
 cipientis

cipientis colligat interius voluntatem. Nec discordauit doctrina discipuli, scilicet beati Bernardi, à sui, & nostri institutione magistri, beati Benedicti dicentis: *Mox ut aliquid à maiore imperatum fuerit, ac si diuinitus imperetur, mōram pati nec at in factendo.* Et post pauca: *Ergo hī tales relinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deserentes, mox ex occupatis manibus, & quod agebant, imperfectum relinquentes, vicino obedientia pede iubentis vocem factū sequuntur: & veluti uno momento prædicta Magistri iussio, & perfecta discipuli opera, in velocitate timoris D E I ambae res communiter citius explicantur.* Et sequitur: *Sine dubio hī tales illam Domini imitantur sententiam, quā dicit: Non veni face-* Ioan. 50 *re voluntatem meam, sed eius qui misit me. Sed hēc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis homini-*

F mini-

122 SPECVLI D. BERNARDI

minibus: si quod iubetur, non trepidò
non tardè, non tepidè, aut cum murmu-
re, vel cum responsione nolentis effici-
tur.

Integra.

Præterea obedientia debet esse
integra, ut nihil minus, aut aliter
fiat, quam imperatur; sed totum il-
lud, & per illum modum quo præ-
cipitur, effectu humillimo complea-
tur. Sic ille tunc deuotus populus, in
libro Iosue, ad Deum dixisse legi-
tur: *Omnia que præcepisti nobis fa-
ciemus, & quocunq; miseris, ibimus. Si-
c ut obediimus in cunctis Moysi, ita obe-
diemus & tibi. Quicunq; contradixe-
rit ori tuo, & non obediuerit cunctis
sermonibus quos præceperis ei, moriatnr.*
Hæc integritas obedientiæ in perso-
nâ Iosue commendatur, cum de il-
lo in libro Iosue dicatur: *Sicut præ-
ceperat Dominus Moysi seruo suo, ita
præcepit Moyses Iosue, & ille uniuersa
compleuit, non praterijt de uniuersis
mandatis eius, nec unum quidem ver-
bum.*

Ios. 11.

15.

bum. Hæc autem obedientia debet esse adeò integra, vt quamvis in his, quæ præcipiuntur contra Deutn, di-
scretio sit seruanda, sicut in princi-
pio voluminis potes videre, in alijs
tamen omnibus, debet totam suam
discretionem ad obediendum di-
scipulus captiuare; sicut dicit bea-
tus Bernardus: Perfecta obedien-
tia, est maxime in incipiente indi-
screta. Hoc est, non discernere
quid, aut quare præcipiatur, sed ad
hoc tantum niti, vt fideliter, & hu-
miler fiat, quod à maiore, præcipi-
tur. Idem: *Nouitus stultus fiat, ut*
sit sapiens. Et hoc etiam sit omnis
eius discretio, hōc omnis eius sic
sapientia; vt in hac parte nulla sit
discretio. Consummatum verò &
perficiam obedienciam, ostendit
idem, beatus Bernardus dicens:
Discretionis locum, fratres, in no-
bis suppletat obedientiæ virtus, vt
nihil plus, nihil minus, nihil aliter;

F 2 quam

124. SPECULI D. BERNARDI

quam imperatum sit, faciatis. Tanta igitur debet esse perfectio nostra obedientia, ut propter eius bonū aggrediamur etiam impossibilia, si à maiore fuerint imperata;
Cap. 68. sicut beatus Pater noster dicit : *Si cui fratri aliqua forte grauia, aut impossibilia iniungantur, suscipiat quidem iubentis imperium cum omni mansuetudine, & obedientia &c.* Usq; ibi : *Ex charitate, confides de adiutorio Dei, obediatur.* Partes igitur Obedientiæ cū Dei adiutorio conseruemus, & voluntariè, & promptè, & integrè obedire curemus : ut obedienti Dei filio in nostra obedientia placeamus, et usq; membra obediendo, usq; ad mortem perseverantes, efficiamur.
Sanè obedientium status potest multipliciter, commendari, & obedientia ut res charissima, debet charissimè obseruari. Quia signū est maximæ dilectionis obseruatio mādatorum in obedientis opere, sicut legitur

gitur in Ioan: *Qui audit verba mea,* Ioan 14:1
& facit ea ipse est qui diligit me. Item: 21.
 Animus obedientis est domus, &
 mansio Trinitatis, in Ioan: *Si quis di-*
nisi 238
ligit me, sermonem meum seruabit, &
pater meus diligit eū, & ad eum venie-
mus, & mansione apud eum faciemus.

Est autem obedientia commendabilis quia possibilis, quia suavis seu commēdulcis, quia triumphalis, quia vita-
 lis, quia placabilis. Per ipsam etiam quia
 Obediens alijs præficitur creaturis,
 per eam imperator, Dei frater, effici-
 tur, ad eius preces Deus quasi obe-
 diens inclinatur.

Est igitur Obedientia possibilis, Possibi-
 lis.
 et si aliquando videatur difficulter:
 nam nunquam ultra quam huma-
 na natura portare possit, Scriptu-
 ra, vel Prælatus præcipit, nec supra
 hominem statuit, aut iniungit: et
 si aliquando Beatus B E N E D I-
 C T Y S mandat aliquid distri-
 gius, ut mores emendemus in me-

F 3 lius

126 SPECULI D. BERNARDI

Ius; sicut legitur in Deuteronom.
 Deut. 30. 11. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi
 hodie non supra te est, neque procul
 possum, nec in cœlo situm, ut possis di-
 cere: quis nostrum valet ad cœlum
 ascendere, ut deferat illud ad nos. &
 audiamus, atque opere compleamus?
 neque trans mare possum, ut caue-
 riu & dicas: Quis ex nobis transfre-
 tare poterit mare, & illud ad nos
 usque deferre, ut possimus audire,
 & facere quod præceptum est? Sed
 iuxta te est sermo valde, in ore tuo,
 & in corde tuo. ut facias illum. Item:
 Beatus Ioan. in Canon. Hec est e-
 nim caritas, ut mandata eius custo-
 diamus, & mandata eius grauia non
 sunt.

Suauius. Item obedientia est suauis & dul-
 cis: quoniam Dominus posuit sua-
 ue iugum & leue, non aspergi &
 difficile; sicut legitur in Matth.
 Matt. 11. Iugum enim meum suave est, & onus
 30. meum leue. Psalm. Quam dulcia sau-
 psal. 118 cibus

cibus meis eloquia tua? &c. Et in Eccl. 23. clesiaſt. Agnoscunt qui derelicti sunt, Eccles. 23. quoniam nihil melius est quam timor 37. DEI; & nihil dulcior, quam respicere in mandatis Domini. Nam habito respectu ad vitæ æternæ perpetuam amœnitatem, & damnationis perpetuæ æternam durabilitatem, & intolerabilem acerbitatem; mandata Dei, & cuiuslibet sui Vicarij, sunt quædam quasi charissimi amici consilia, animum sapientis valde dulcorantia, dum animum subdit ad vitam adiiciunt, & mortem effugere instruunt. Et quando hæc consilia saporantur, anima his sanis consilijs dulcoratur; sicut in Proverbijs dicitur: *Vnguentus, & prou. 27. varijs odoribus delectatur cor, & 9. boni amici consilijs anima dulcoratur.*

Item est Obedientia triumphalist: nam illum qui libenter obedit phatis, Deo, eum Deus succumbere invitavit.

F 4 tiorum

tiorum bellis de facili non permit-
tit; sicut Salomon in Proverb. dicit:

Prover. *Vir obediens loquetur Victorias.* In
21. 28. plurali dicit, Victorias, ut obediens
tiam frequenter vincere scias. Qui
portat iugum patienter Obedien-
tia, maior Rex est, quam qui mul-
tas expugnat urbes fortiter. Et qui
animi sui dominium per obediens-
tiam meretur, expugnatori multar-
rum urbium anteferetur; sicut per
Prover. Salomonem in Proverb. dicitur:
16. 32 Melior est patiens viro forti, & qui
dominatur animo suo, expugnatore
Urbi.

Vitalis. Item Obedientia est Vitalis. Ad
vitam enim obseruatio mandato-
rum præparat; & æternæ vita
ingressum donat; sicut in Matth.
Matth. Si vix ad vitam ingredi, serua man-
data. Nec mirum si ad vitam in-
grediamur per mandata, ipsa e-
nim sunt æterna vita; sicut le-
Ioh. gitur in Ioh. Qui misit me Pater,
49. ipse

ipse mihi mandatum dedit quid dicam,
& quid loquar & scio quod mandata
eius vita eterna est. Et in Proverbiis dicit Sapientia: Fili mi custodi sermones meos, & præcepta mea reconi de tibi. Et sequitur: Serua man da a mea; & viues, & legem meam quasi pupillam oculi tui.

Item, Obedientia est placabilis: quia est victimæ, præ alijs, Deo amabilis. Vnde in lib. Regum: Obedientia sacrificijs præfertur. Vbi sic legitur: Numquid vult Dominus Holocausta, & Victimæ, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior est enim Obedientia, quam Victimæ: & auscultare, magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus Idolatriæ nolle acquiescere.

Obedire namq; est quasi quoddam sacrificium salutare, in quo

F. 5 tan-

130 SPECVLI D. BERNARDI

tantum oratio apud D E V M nosci-
tur impetrare, quod non solum o-
rans obediens exauditur; sed et-
iam petitionis eius efficacia multi-
plicatur; sicut legitur in Ecclesiasti-
co: *Qui conseruat legem, multiplicat oblationem. Sacrificium salutare
est attendere mandatu. & discedere
ab omni iniquitate.*

Eccles.
35.1.

Obedientia quippe est quidam
gladius liberi arbitrij superbiam
domans, Monachum immo lando
D E V M eidem placans de facili;
Sicut dicit Beatus G R E G O R I V S:
D E V M tanto citius quisque pla-
cat, quanto repressa arbitrij su-
perbia, gladio præcepti se im-
molat.

Obediens
alijs præ-
ficitur.

Item, Obediens alijs præficitur:
quia alijs excellentior efficitur, &
est posterior nullis, caput omni-
bus, non inferior alicui, cauda nul-
li. Hoc expressè in Deuteronom.
probatur,

probatur, vbi sic legitur: Si audieris Deut. 28
vocem Domini Dei tui, ut facias & 1. O' 138
custodias omnia mandata eius, que
ego præcipio tibi hodie, faciet te Do-
minus D E V S tuus excelsiorem cun-
ctis gentibus, que versantur in ter-
ra. Item in eodem: Constituet
te Dominus in caput, & non in cau-
dam: & eris semper supra, & non
subter, si tamen audieris præcepta Do-
mini DEI tui, que ego præcipio tibi ho-
die. & custodieris, & feceris, ac non
idelinqueris ab eis. Et meritò, quia
dignus est præesse, qui discipulus
prius fuit. Vnde Canonistæ: In
Magistrum non debet assumi, qui for-
matum discipuli non assumpsit, nec præ-
esse dignus est, qui subesse non no-
nuit. ad 1. 93. *Alijs im-*
• Cræturiæ etiam per obedien- Alijs im-
tiam libere imperatur, & ab eis pa- perat.
refutq; obediendo; sicut pater in
filosue, de quo superius tractum
fuit, quod nec unum verbum
aud. F 6 de

32 SPECVLI D. BERNARDI

de mandatis eius non præteriit, cui
Sol obediuit, quando sibi imperan-
do dixit: Sol contra Gabaon ne mo-
^{10. Ioseph 10.}
^{12.} uearū. Et sequitur: Sicut erunt g̃, Sol
& Luna, donec vlcisceretur se gens de
inimicis suis. Nam obediens & Fi-
delis transplantat arbores & mouet
montes: sicut legitur in Luca 13. Si
^{Lac. 17.}
^{6.} habueritis fidem sicut granum sinapis,
Et dicetur huic arberi; modo exadicare,
Et transplantare in mare, obediet vo-
^{Mat. 17.}
^{20.} bis. Et in Mathe. Dicetur monti, hunc
transfici illuc, Et transibit, Et nihil
impossibile erit vobis. Patet etiam ob-
edientia virtus, In hoc quod egit
Beatissimus Maurus, qui sicut dici-
tur in Dial. S. Gregor, obediens
Patri Suo & Nostro, super aquas sic-
cis pedibus ambulauit, & à submet-
sione Beatum Placidum liberauit.
Ego autem non miror si totus mun-
dus obedienti obediat, qui propter
Deum se totum alteri donat, & quia
nihil sibi de se retinet, iuste omni-
bus

bus Creaturis preemimere dicitur.
 Obediens etiam Dei frater effici-
 tur; sicut in Matth. dicitur: Quicum-
 quo fecerit voluntatem patris mei, qui
 in celis est, ipse meus frater. & soror, &
 mater est. Ille Deo valde propin-
 quus, qui est Dei frater facilius. Nec
 Sorore est soluna, & frater, & mater;
 Sed est Deo intimus, & charissimus:
 Sicut legitur in Ecclesiastico: In iudi- Eccl. 4.
 cando esto pupilli misericors ut pater,
 & pro viro matri illorum, & eris tu
 velut filius altissimi obediens, & mis-
 rebitur tui magis quam mater. Habeant
 enim obedientes secum totam Tri-
 nitatem, & Spiritum Sanctum spe-
 cialiter, & effectum; sic legitur in Actis
 i. Ad. Et nos sumus testes horum ver- act. 5.
 -borum, & Spiritus Sanctus quem dedit 320
 -omnibus obedientibus sibi. Deus in super, quia obediens obe-
 diens precibus inclinatur; Obediens
 enim quodammodo a Deo domina-
 tri sibi permittitur, dum facit quic-
 quid

Matt. 12.

5. 6.

Act. 5.

Eccles. 4.

10.

320.

Act. 5.

320.

F 7

quid

134. SPECVLI D. BERNARDI

quid ab ipso obedientis precibus
postulatur; sicut in Iosue legitur:
*Ios. 10.
13.*
*Stetit itaque Sol in medio cœli, & non
festinavit occumbere spatio unius
dies. Non fuit ante nec postea tam
longa Dies, obediens DEO vocati ho-
minis, & pugnante pro Israel. Hinc
beatus Gregorius dicit: Si obedi-
entes sumus præpositis nostris, o-
bediet DEVS orationibus no-
stris.*

*Obedientia superius commen-
data, videndum est de inobedien-
tium culpa, vel poena.*

*Pene inobe-
dientis. Est sciendum, quod inobediens
qui vocem Dei, vel prælati in obe-
diendo non audit, se membrum
Dei non esse, ostendit. Deus eius ei
male dicit, temporalem poenam in-
currit, dignitatem amittit, & ex-
crabilis fit, & Deus eum aeternaliter
ter punit.*

*Inobediens, & vocem Dei, vel
opus ministri non audiens, cum
bius*

Deo

Deo non obediat, se membrum
Dei non esse, demonstrat; sicut Io-
an. in Canon. sua probat, dicens:
Nos ex Deo sumus, qui nouit Deum, 1. Ioan.
audit nos. Et veritas in Ioan. *Qui ex*
Deo est, verba Dei audit; propterea
vos non auditis: quia ex Deo non estis. 4. 6.
Ioan. 8. 3
4. 7. 1. 8. 5
Ideo à Deo dimittitur, suis deside-
rijs derelinquitur, & ut alienum
membrum, & in Deum partem
non habens, in suis auersionibus
ire permittitur. Vnde per Psalm.
dicitur: *Non audit populus meus Psal. 80.
vocem meam, & Israel non intendit
mihi, & dimisi eos secundum desideria
cordis eorum, ibunt in adiunctioni-
bus suis.*

Item, inobediens maledicio-
nem, incurrit; sicut Ieremias o-
stendit dicens: *Maledictus vir,* Ier. 11. 3.
qui non audierit verba paci hu-
iis, quod precepi patribus vestris,
in die qua eduxi eos de ter-
ra Ægypti, de foruate ferrea, 1. 6. 2.
dicens:

136 SPEGVLI D. BERNARDI

dicens: Audite vocem meam, & facite
omnia, quæ præcipio vobis. & erit uim
huius in populum. & ego ero vobis in DE-
VM: Et in Deuter. maledictiones
incurrit qui legem non intelligit, V-
bi dicitur: Si audire nolueris vocem
Domini Deitui, ut custodias, & facias
omnia mædata eum. & ceremonias quas
ego præcipio tibi hodie, venient super te
omnes maledictiones istæ, & appreben-

Maledic- dent te. Maledictus eris in ciuitate. Ex
clus in a• ista maledictione datur in repro-
gro, &c. bum sensum, ita ut inobediens ha-
beatur semper insensatus, & repu-
tetur quodammodo fascinatus; sicut
Gal. 1. 1. dicit Apostolus ad Gal. O insensati
Galatae, quis vos fascinavit veritati
non obedire?

Pœna tē- Inobediens præterea tempora-
ponalis. lem pœnam incurrit. Nam ipse &
sua diripiuntur, vituperio expo-
nuntur, fabula & derisio efficitur, & et-
iam compedium pœnam damnatur.

Tob. 3. 4. Vnde in Tobia dicitur: Quoniam non
obeidi-

obediuimus precepti tuis, ideo traditi
sumus in dispersionem. & in captivita-
tem & mortem, & fabulam, & im-
properium omnibus nationibus, in qui-
bus dispersisti nos. Et in Daniele: Non ^{Dan. 9.}
obediuimus seruitus prophetis qui lo- 6.
cuti sunt in nomine tuo, & sequitur:
Nobis autem confusio faciei, sicut est
bodie viro Iuda, & habitatoribus in
Ierusalem. Et sicut videmus hodie
ad litteram fieri, dignum est quod
Dominus Monachos & personas,
in quibus Obedientia non regnat,
multis afflictionibus, & diuersis tri-
bulationibus afficiat, & ipsos cum
vacent occupationibus atterat, qui
contemnunt mandatis Dominicis, -minari
& suis superioribus obedire. Ut pos- .oit
sit illis illa Ecclesiast sententia con-
uenire: Seruo maleuolo tortura & Eccl. 33.
compedes mitte illum in operationem 27.
nec vages. Et sequitur omni Quod si num. 30:
nori obuidet curva illum compe-
dibus. Auge. Eben V. sanguinem
Inobe-

138 SPECVLI D. BERNARDI

Amissio Inobedientis insuper amittit dignitas propria: Ut patet per Sa-
cra. tatem cui in lib. Regum dictum est
1. Reg. per Samuelem: Faciet enim tibi Do-
28. 17. minus sicut locutus est in manu mea. &
Or. 18.

scindet regnum tuum de manu tua, &
dabit illud proximo tuo David: quia non
obedisti voce Domini. Iste quam pro-
mereri poterat, amittit gloriam di-
gnitatis, & incidit in gladium pœ-
nalitatis; sicut in lob legitur: Si au-
diorent & obseruarint, complebunt dies
Dob. 36. suos in bono, & annos suos in gloria.
31. 12. Si autem non audiorent, transibunt per
gladium, & in stultitia consumentur.

**Excom-
munica-
rio.** Inobedientis est execrabilis. Vnde apud Deum excommunicatus,

cuius oratio non exauditur; sicut legi-
titur in Proverb. Qui declinat aurem
suum ne audiat legem, oratio eius erit
execrabilis. Exauditur enim certissi-
me oratio obedientis, nec exau-
ditur multa orationum millia
contemnentis. Vnde B. Augustinus
ad dicit

**Prover.
38. 9.**

30. 11. 11.

lib. de opere Monachorum: Cito exauditur operatio vnius obediens, quam decem millia contemptorum. Inobedientes autem Apostolus ita nominauit quos ut excommunicatos; ad eorum cōfusione, vitari mandauit, scribens ad Thess.

Si quis non obedierit verbo vestro per 2. Thess. epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur.

Inobedientes etiam puniuntur: Exclusi quia à terra viuentium, quæ promittuntur, excluduntur; sicut in lib. Num. legitur: Omnes homines, qui viderunt Majestatem meā, 14. 23. & signa quæ feci in Ægypto. & in solitudine, nec obedierunt voci mee, non videbunt terram pro qua iuravi Patribus eorum. Qui enim non obedit voce Prælati, dabitur perpetua morte: ut habetur in Deuteronomio. Qui Deuteronomio autem superberit nolens obediere Sal 17. 12. sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, & decreto Iudicis

140 SPECULI D. BERNARDI

Iudicis morietur homo ille, & auferes
malum de domo Israel. Et aduersarii
ei omni populus obedientium, & san-
ctorum ciuium, & in eum deseruum ut
in contumacem, & proteruum, & con-
temnentem patri & matris imperium;
sicut legitur in Deuteronomio. Si ge-

Deut. 21. nuerit homo contumacem filium & pro-
teruum,

18. qui non audiat patri aut ma-
tris imperium, & coeritus obediens con-
tempserit, apprehendent & ducent
eum ad seniores ciuitatis, & morietur.
Nam & inobedientis priuatur cœle-
sti gloria, & in interitum debetur

a. Thess. ei poena æterna; sicut Apostolus ad
Thessal. Qui non obediunt Euangeliō

n. 8. Domini nostri Iesu Christi, dabant pœ-
nas in interitu aternas, remoti à facie

Domini, & gloria virtutis eius. Nam
talis luctu, & tarda pœnitentiâ du-

Quis voçem illam dabit pœnis æter-
nis adiectus, de qua Salomon in

Proverb. Proverbijs loquitur: Cur detestat⁹
5. 12. sum disciplinam, & in reparationibus non

acquieci⁹

PARS II. CAP. IX.

acquieuit cor meum, nec audiui vocem
docentium me, & magistris non incli-
nauit aurem meam? Penè fui in omni
malo in medio ecclesie & synagogæ. Vi-
disti iam obedientium præmia? ac-
quire obedientium merita, attende
contumacium supplicia, stude obe-
dientiæ adhærere, inobedientium
fortem fugere: nam obedientia co-
ronatur, & loco gloriæ prædica-
tur; sicut dicit Apostolus ad Roma-

nos: *Obedientia vestra, in o.* Rom. 161

in mem locum diuulgata 19.

est.



CA-

142 SPÉCVLI D. BERNARDI

CAPITVLVM X.

IN QVO QVÆ-
STIO, VTRVM CON-
TENTA IN REGVLÀ SINT
præcepta, ponitur & dis-
putatur.



RIBVS professionis
partibus, secundum
quod ministravit Do-
minus, pertractan-
do præmissis: Nunc
in vltima particula primæ partis,
questio est subijcienda, quæ in prin-
cipio voluminis, fuit totius opuscu-
li prima cauſa. Hac igitur questio-
ne sic queritur:

*An omnia sint præcepta quæ in S. Pa-
teru nostri Regula continentur?*

*Vtrumque nihil in ea præcipia-
tur.*

tur, aut aliqua sint monita, vel consilia? Item, Et si dicantur omnia præcepta, utram sint ad pœnam eternam obligatoria?

Item, Si dicantur omnia monita vel consilia, an sint in Monacho quam in alijs grauiora?

Et præterea, Si aliqua præcepta esse determinantur, que sunt illa, ex quibus transgressores ad culpam mortalem obligantur?

Postremo, Si aliqua sint culpam agravantia veniale, quantum agravant magis in Monacho, quam in alia quacunque persona?

Sane licet, ultra vires et simem hanc questionem, ut in principio tetigi, enodare: cogor tamen frequentibus pulsationibus, prout Deus dederit, respondere: & protestor quod non respondeo ut magister, sed ut discipulus, Regulæq; minister:

Nec

Nec modo Scholastico disputádo,
sed modo Monastico conferendo.
Et quicquid sim dicturus, non inten-
tendo iudicare de legis nostræ vir-
bus; quia mihi non permittitur, nec
licet; sed secundum ipsam sermo-
nem totaliter esse debet. Sanctus
enim qui eam instituit, tunc de ipsa
iudicauit. Sed iam ea constituta,
nihil mihi licet constitutere super
ea; sicut in libro de vera Religione,
de legibus secularium beatus Au-
gustinus ait: In istis temporalibus
legibus, quamquam de his homines
iudicent cum eas instituerint, ta-
men cum fuerint institutæ ac firma-
tæ, non licebit iudici de his iudica-
re, sed secundum ipsas.

Quod vero tota Regula sit præ-
ceptum, innuit verbum in princi-
pio Regule positum: *Ausculta o fili*
præcepta Magistri. Item & aliud:
Ergo preparanda sunt corda & corpora
nostra sanctæ præceptorum obedientia
milita-

In Pro-
log. Reg.

militatura: Item, ipse Pater & Magister mandat; *ut in omnibus omnes magistrum sequantur regulam, nec ab ea temerè declinetur à quoquam.* Igitur si in omnibus, & ab omnibus Regula sequenda est, nec à quoquā temerè declinanda, nullus aliquo instituto regulari excutabitur, & in omnibus ex præcepto debebit seruari. Ergo tota præceptum esse videtur. Præterea beatus P. N. Benedictus regulares obseruantias, *seruitium sanctum appellat,* & illud etiam *cap. 5.* Monachos professos sive indicat, vbi ipse dicit; *propter seruitium sanctum quod professi sunt.* Sed quod profitetur quis solemniter, vouchet; & si fiat contra votum solemnne, culpam mortalem habet. Ergo facere contra votum professionis, erit causa culpæ mortalis. Sed professi sumus seruitium sancte Regulæ, ergo faciendo contra erit peccatum mortale. Item, si Beatus Pater

G Bene-

Cap. 3.

Ibidem.

146. SPECULI D. BERNARDI

Ca. 6. Benedictus vana verba, otiosa, &
Reg. risum mouentia æterna clausura damnauit, & ista sunt in alijs, qui nō sunt
professi Regulam, peccatum veniale, sed in Monacho damnabile; si illud quod minus videtur inesse, inest culpa damnabilis; & illa magis
quæ videntur inesse, inerunt, culpa mortalis erit: sicut iejunia Regulæ
violare, carnes comedere, & ppriū habere. Ergo in alijs quæ sunt maiora,
quā verba otiosa & similia, Monachus qui comittit, peccatum mortale incurrit. De præmissis autē B. Benedictus sic dicit: *Scurrilitates verd & verba otiosa, & risum mouentia, æterna clausura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus.* Item multum facit ad hoc, quod sanctissimus

Ilidem. **Cap. 58.** Pater N. dicit: *Si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata seruare, tunc suscipiatur in cōgregatione.* Cum ergo ille qui recipitur, se omnia custodire

stodire polliceatur, si aliquid ipsorum transgreditur, promissio, votum, & professio violantur. Ergo hoc peccatum mortale esse videtur. Item ex verbis etiā B. Patris nostri sumitur argumentum, quod videatur esse super omnia argumentum, *Ibidem:* cum dicit: *Suscipiendus autem in Ora-*
torio coram omnibus promittat de sta-
bilitate sua, conuersione morum suorum,
& obedientia coram Deo & sanctis eius.
Et sequitur terribile verbum, & valde p̄fidentibus metuendū, cum subdit: *Vt si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat, quem irridet.* Igītur cum Deus neminem damnet sine peccato mortali, & faciēs contra Regulā subijciatur aeternæ damnationi, tota Regula erit tale præceptū, quod obligat ad mortale peccatū.

De viribus autē voti, & q̄ ea quæ vouemus ex debito teneamur reddere, dicit B. Aug. Sunt quædā q̄ nō vouētes debemus, quædā ēt quæ nisi voverim⁹, nō debem⁹; sed postq̄ ea

G 2 Deo

148 SPECVLI D. BERNARDI

Deo promittimus, necessariò reddere constringimur. At idem facit, quod eodem modo est præceptum de impletione voti, & obseruantia iuramenti; sicut legitur in lib. Numer. 30. 30. si quis virorum votum domino voverit, aut se cōstrinxerit iuramento, non faciat irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. Nam vovere est consilij, sed reddere est præcepti; vovere voluntatis, reddere necessitatis. Vnde Psalmista: *Voue-*
Psal. 75. te & reddite Domino, &c. Item si dicimus quod tota Regula est præceptum, si non fiat, habebit supplicium aeternum; Sicut dicit B. Gregorius: Quod præcipitur, imperatur; quod imperatur necessitas est fieri, si non fiat, pœnā habet. Augustinus: Quod Cæsar præcipit, ferendum est; quod imperat, tolerandum. Item de consilio, & præcepto, & voluntate, & arbitrio dicit B. Gregorius: *Vbi consilium datur offerētis arbitrium est,*
vbi

vbi præceptum, necessitas seruien-
tis. Item Augustinus: Quisquis
præceptis Domini non obtempe-
rat, reus est & debitor pœnae. Et pau-
lò post: Præcepto Domini non o-
bedire, peccatum est, & consilio si
vti volueris, minus boni adipiscē-
ris. Dato igitur quod totam Regu-
lam professi simus, & in professio-
ne votum emiserimus, ergo neces-
sario ad totam Regulam obseruan-
dam tenemur. Cum igitur tota Re-
gula sit præceptum, & ad peccatum
mortale obligatorium, facientes cō-
tra Regulæ promissionem incur-
runt æternam damnationem.

Quod autem illa quæ continen-
tur in Regula non sint vota, vel præ-
cepta, & per consequens non sine
ad pœnam æternam obligatoria, pa-
tere videtur ex eo, quod B. Benedi-
ctus dicit: *Ausculta, ô fili, præcepta in Pre-*
Magistri: quasi exponendo in con- logo.
tinenti subiungit: *Admonitionem pū*

G 3 PATRIS

150 SPECVLI D. BERNARDI

*Patri libenter excipe , & efficaciter comple . Ergo Regulam statuit non præcipiendo, sed potius admonendo. Item, ducatus Euangeli non est totaliter per pœcta, sed est in multis, & ferè in omnibus per consilia : Sed B. P. Benedictus Regulam inducit per ducatum Euangeliū; ergo nō continetur tota sub viribus præcepti, sed potius per semitas consiliij. Ipse enim sic ait; *Succinctū ergo fide, vel obseruantia bonorum actuum lumbis nostris , per ducatum Euangeliū pergamus itinera eius , ut mereamur eum , qui nos vocauit, in regno suo videre.**

Præterea si daretur quod tota Regula esset præceptum; eius obseruātia non solum esset grauis, sed etiā intolerabilis : sed B. P. Benedictus nihil constituit graue, nihil asperū, nihil importabile ; ergo non est tota præceptum sanctæ institutio Regulæ. De his B. Benedictus sic dicit:

Con-

Constituenda est ergo à nobis Domini-
ci Schola seruitij, in qua institutione
nihil asperum, nihilq; graue nos con-
stituturos speramus. Sed & si quid re-
strictius paululum, dictante aequitatis
ratione propter emendationem vitiorū,
vel conseruationem Charitatis proce-
serit, non illico pauore perterritus, refu-
gias viam salutis, que non est nisi an-
gusto initio incipienda. Est igitur Re-
gula ex ratione aequitatis dictata, ad
vitiorum emendationem, ad Cha-
ritatis conseruationem, & ad viæ
salutis ostensionem. Ergo est potius
per monita edita, quā per præcepta
totaliter imperata. Item, si daretur
quod Regula esset præceptum data,
cum esset multis importabilis, & in
multis quodammodo impossibilis,
non haberet omnia illa quæ sunt
necessaria in lege condenda. Sed
hæc lex est, vt dicit Beatus Bene-
dictus, sub qua militare debemus,
ergo in ipsa omnia quæ requiruntur

G 4 in

Circa fi-
nem Pro-
logi.

in lege condenda, inueniemus.
Quæ sint autem illa, Isidorus expri-
mit, dicens: Erit autem lex hone-
sta, iusta, possibilis secundum natu-
ram, secundum consuetudinem pa-
trix, locoq; ac temporí conueniens,
utilis & necessaria. Per te autem vi-
deas, si omnia concurrerent supra-
dicta, si præceptum esset tota Regu-
la. Ad id etiam facit, quod si Regu-
la esset præceptum, iam non spiri-
tuales viros in via paradisi regeret,
sed potius laqueis plena infernalis
muscipula profitentes Diabolo illa-
quearet. Sed cum B. Benedictus o-
mnium iustorum spiritu fuerit ple-
nus, non est dubium quod fuerit
misericors & pius, ac benignus,
cum ipsa benignitas sit Spiritus san-
ctus. Non est igitur credendum,
quod omnia præceperit quæ nobis
agenda esse decreuit, ut stricto gla-
dio omnes transgressores volens
interficere, æterna voluerit morte-
perire.

perire. Nam si sic esset, non esset Regula data ex pietate paterna, sed ex crudelitate tyrannica: Nec esset discretione præcipua, sed penitus indiscreta.

Ad ipsam sanè quæstionem soluendam, & ad veritatem virium Regulæ intelligendam, quantum possum videre & capere, tria videntur attendenda esse debere, scilicet Regula dirigens, persona suscipiens, & efficacia consequens.

Circa primum considerandum, quid ab ipsa Regula supponatur. Quid in ipsa Regula ministro Regulæ, Abbatii videlicet, committatur.

Et notandum ad hæc, quod secundum Richardum de S. Victore, ^{vnde} Regula dicitur eò quod rectè regat, aut quod rectè doceat. Item secundum Isidorum, Regula dicta est eò quod rectè ducat, nec aliquando aliorsum trahat; vel quod regat; vel

G 5 quod

quod normam recte viuendi pra-
beat, vel quod distortum prauumq;
corrigat. Igitur oportet Regulam a-
liquid presupponere, ad cuius simi-
litudinē sit ipsa Regula, & appareat
in se recta. Et ista rectitudo est essen-
tialis. Oportet enim adhuc quod sit
Regula recta, q; sit alicuius rectitu-
dinis similitudo expressa. Et hoc est
Sanctorum Regulæ esse[n]tiale, mo-
ralium supponere Regulam præ-
ceptorum. Vnde B. Benedictus
In Pro-
logo. Regulam positurus ait: *Succinctis er-*
go fide, & obseruantia bonorum actu-
um lumbis nostris, per ducatum Euan-
gelij pergamus itinera eius. Ergo Re-
gula Beati Patris nostri, præcepto-
rum rectitudinem moralium præ-
supponit. Cum autem omnis Re-
gula debeat ab alijs Regulis, vel sta-
tutis, aut obseruantijs discerni, vel
distingui; oportet eam per aliquod
speciale statutum discerni. Nam
omni Regulæ est commune, vt præ-
dictum

tactum est , quod vel rectè ducat,
vel rectè regat. Ad hoc autem
quod nostra Regula discernatur
ab alijs, oportet quod speciale a-
liquid statuatur , & propterea San-
ctus Pater dicit : *Instituenda est er-
go à nobis Dominici Schola seruitü.*
Hoc igitur Regulæ est quasi sub-
stantiale , aliquorum videlicet spe-
cialium institutio statutorum .
Credo enim impossibile alias Re-
gulam specialem intelligi , nisi
contingat per aliquid speciale di-
stingui. Præterea , quia sicut dicit
Beatus B E N E D I C T U S : *Omnis e- Cap. 308
tas vel intellectus proprias debe-
re mensuras.* Et idem dicit: *Non dici. Cap. 343
mus , ut personarum , quod absit , ac-
ceptio sit , sed infirmitatum conside-
ratio.*

Ex his colligitur , quod iuxta do-
ctrinam morum , & considerationē
statutorū , diuersi subditi & Religio-
si , sunt diuerso modo tractandi , &

G 6 maxi-

maximè in promotione, & prouisione, & correptione. Esset autem impossibile ad aliquam artem, vel Regulam unam reducere hanc varietatem diversorum Regularium, & singularium personarum. Oportet ergo quod Regula totum non statuat, sed Abbatii, qui est minister Regulæ, multa relinquit. Et hoc intelligo Regulæ esse quasi accidentiale. Accidit enim ei, non propter se, sed propter diversorum differētiam subdiorum.

Colligas ergo ex præmissis, quod quædam sunt regulæ essentialia, ea videlicet quæ supponit. Nonnulla quasi substantialia, ea scilicet quæ immobiliter statuit. Cætera quasi accidentia, ea scilicet quæ Abbatis ministerio, vel arbitrio derelinquit. Vidi quæ sunt illa quæ supponit, moralium scilicet regulam præceptorum, & illud, ut prædixi, est quasi essentiale. Quæ sunt autem illa quæ immobi-

immobiliter statuit, patet ex textu
Regulæ, & maxime ex modo pro-
fessionis emissæ.

Sed circa personam Regulam
suscipientem, tria sunt consideran-
da: Personæ discretio, Regulæ elec-
tio, & facta promissio vel pro-
fessio.

Discretio: quia nisi esset ad mi-
nus ita discreta persona, quod actu
vel habitu, ad quod se obligat pro-
fitendo, intelligeret, iudicio meo il-
la professio non valeret. Dicit e-
nim Augustinus: Nullius crimen
maculat nescientem. Ita etiam
nullum votum obligat ignoran-
tem.

Item consideratur electio. Quia
nisi persona voluntaria modo ali-
quo esset, professio non teneret.
Dicit enim Beatus Augustinus: Il-
lud quod voti est, suaderi potest, im-
perari non potest.

Consideratur insuper professio-

G 7 nis

158 SPECVLI D. BERNARDI

nis emissio, siue sit discursu temporeis tacita , siue per solemnem expressam professionem . Quia nisi altera earum adesset , Regula non ligaret . Vnde Beatus Benedictus : *Cap. 5. 8.* Si habita secum deliberatione, promisebit se omnia custodire ; usque ibi : Sciens se iam sub lege Regulae constitutum, quod ei ex illa die non liceat egredi de Monasterio , nec collum excutere de subiugo Regulae , quam sub tam morosa deliberatione licuit aut excusare aut suscipere .

Cum autem profitens , sicut ex verbis Regulae patet, nihil aliud voleat ; nihilque Deo promittat nisi stabilitatem , morum conuerzionem , & obedientiam ; iudicio meo , de vi Regulae ad aliud non obligatur . Et praeter illa tria necessario ad aliud non tenetur : Praeterquam ad ea quae Regulae minister præcipit iuxta ipsam , & ad illius statum præcipit & apponit obseruantiam . Hoc enim

enim quod Abbas non præter Deum vel contra præcipit, & profitens in ipsa obedientiæ professione includit. De his ita dicit Beatus Bernardus: Nihil mihi prælatus prohibeat de his quæ promisi, nec plus exigat quam promisi; nisi mea voluntate non augeat vota mea, nec minuat sine certa necessitate.

Ex his, ut arbitror, vterque potest aduertere, & plenè intelligere, quid habeat Regula præcepti, & quid per modum præcepti sit in ea ita obligatorium, quod eius transgressio adducat æternum interitum.

Circa tertium, & ultimum inter tria principalia superius posita, videlicet efficaciam consequentem, video quod triplex potest esse efficacia Regulæ, scilicet Instructio imperitorum, Correctio delictorum, & Acquisitio meritorum.

Regula verò est instructio imperitorum,

160 SPECVLI D. BERNARDI

ritorum ; Vnde dicitur Regula, eò quod rectè doceat. Regula dicitur correctio delictorum ; Vnde Regula dicitur, eò quòd rectè dirigat. Regula etiam est acquisitio meritorum; Vnde Regula dicitur, eò quod rectè ad gratiam, & gloriam præmiorum perducat. De primo Beatus Basilius in Regula Monachorum : Oportet ante omnia summam diligentiam adhiberi, quod possint ad omne virtutū exercitiū probabiliter institui, tam in intellectu, quam in opere, quam etiam in verbo. De secundo , quod est correctio delictorum , dicit ibidem Beatus Basilius : Iniungenda est cura ab his qui præsunt, pro merito & tatis aut delicti, correptionis mensuram singulis adhibere. Et qui seruent eos primùm omnium à sermonibus otiosis , ab iracundia , & incitamentis gulæ , & à cunctis indecentiis , & inordinatis moribus.

bus. Est etiam postremò acquisitione p̄miorum & meritorum , vt secundum hæc sit Regula quasi regiminis gratia, vel quasi regalis gloria. Quia per gratiam meritorum, ducit ad gloriam p̄miorum ; unde cum dixisset Beatus Benedictus :

*Per ducatum Euangeli⁹ pergamus iti- In Pro-
nera eius : per quod innuit acquisi- logo.*
tionem ex Regula meritorum; subsequenter adiungit : *Vt mereamur
eum, qui nos vocauit, in regno suo vi-
dere : per quod innuit gloriam p̄miorum.*

Et ad clariorem intellectum eorum trium quæ Monachus pollicetur, dico ; quod si Monachus gyrotagus, vel Apostata efficitur stabilitatem deserens quam promisit ; vel si omnino mores regulares abijcit, & ad sacerdotaliter viuendum se dederit; vel si abiecto obedientiæ frœno promissæ , per campos propriæ voluntatis currit, vt Abbatii & regulæ

162 SPECVLI D. BERNARDI

gulæ nec subdi , nec obedire velit ,
ipsum esse voti transgressorem , &
pauci prævaricatorem , & in hoc
statu saluari non posse , & eum in
statu saluandorum non esse .

Adijcio etiam , quod abdicatio
proprietatis , & obseruatio conti-
nentia salutaris , in morum conuer-
sione includuntur . Quæ plenè non
seruaretur , si is , qui proprij corpo-
ris potestatem non habet , proprie-
tatem de rebus omnino non abdi-
caret , ita quod nullam rem retineat
Monachus , nisi quod Abbas dede-
rit , aut scienter permiserit . Nec
potest contrahere matrimonium ,
aut sine transgressione voti conti-
nentiam violare .

Præmissa igitur tria in professio-
ne discrete scripta , & expresse no-
minata , dico substantialia , & trans-
gressorem , ut prædixi , ad culpam
mortalem obligatoria . Et alia di-
co non esse sub viribus præcepti :

Nec

Nec profitentem dico ex voto ad eorum plenam obseruantiam a-stringi. Nam alia, præter illa tria, voluntatem nobis sancti patris, & viuendi normam rectissimam monstrant; Vnde licet nos D E O maximè obedire teneamur, non tam in omnibus, quæ ipsius indicant voluntatem, ex præcepto a-stringimur; imo sunt aliqua consilia, nonnulla monita, & aliqua sunt præcepta. Per modum igitur illum quem retinet Euangelica Regula, procedit regula Monastica.

Similiter illa quæ respiciunt Abbatis verbum, non debent respici ut præceptum. Quædam enim dicunt monendo, quædam etiam consulendo, & nonnulla præcipiendo.

Attendendum est igitur in Regula dirigente, & in Abbatे mandante, quo affectu, & à qua intentione,

tione, & per quem modum præcipitur: & secundum hoc maior, vel minor transgressio, vel culpa debetur. De hoc dicit B. Bernardus: Inter præceptores cuius imminebit nobis reuerentior auctoritas, eius grauior formidetur offensio, aut maioris mandati transgressio damnabilior æstimetur. Melius est enim obedire Deo, quam hominibus. Et in hominibus melius Magistris, quam discipulis; Maioribus mandatis maior, minoribus minor opera, & cura debetur. Porro maiora minoráue mandata dixerim secundum quod maius, vel minus velle constiterit illum qui præcipit, siue hominem, siue D E V M. Idem, Non pari culpa negliguntur, quæ non pari modo præcipiuntur, nec pari pœnâ puniuntur.

In his etiam regularibus obseruantijs, quæ non sunt de tribus in pro-

professione distinctè expressis, & si non habeant culpam mortalem, & per consequens æternam damnationem, possunt tamen habere gravem transgressionem. Nam quæ sunt maiora, erunt in igne purgatorij quasi ligna. Quæ sunt media-
ria, sicut ferrum erunt in purgato-
rio consumenda, locumque stipula-
tenebunt minora, iuxta illud Apo-
stoli ad Corinth. *Si quis superedi- 1. Coro 3.
ficat super fundamentum hoc, aurum, 12.
argentum, lapides pretiosos, ligna, fœ-
num, stipulam, uniuscuiusq[ue] opus mani-
festum erit: Dies enim Domini decla-
rabit, quia in igne reuelabitur: Et u-
niuscuiusq[ue] opus quale sit, igni proba-
bit.*

Causa verò exempli inter maio-
ra Regulæ instituta, præter tria præ-
dicta, & in eis, ut est præmissum, in-
clusa sunt esus carnium sine neces-
itate, vel reparationis utilitate, vel
superiore mandante, Hoc nisi ex
con-

contemptu frequenter , & indifferenter ex consuetudine peteretur, peccatum mortale non iudico , neq; ad pœnam mortalem obligare credo. Sed pro certo , si frequentatio eius sine causa rationabili , ut dictum est, sit, sicut ligna lōgum cruciatum habebit delinquens , tamen quasi per ignem saluus erit. Fractio verò silentij post Completorium , loquacitas , scurrilitas , & verba mouentia risum cum sui similibus , credo esse de mediocribus , quæ tardius quam stipula , citius tamen in igne consumentur quam ligna. Sed & risus nō multum immoderatus , nec cum exaltatione vocis emissus , & locutio , illis quibus aliquando licet horis , & illis quibus permittitur in locis , aliquantulum immoderata , & ex vanitate verbique qualitate , aut quantitate , verba otiosa citius , quam præmissa ; ut æstimo , punientur , & iuxta modum stipulæ facilius succendentur.

Sanè

Sanè verba quæ præmisi non sic attendas, quod maiora, minora, vel mediocria magis contemnas. Dum enim in hoc corpore sumus, quasi in naui positi nauigamus, & ideo timendum est naufragium, & totale periculum nauis, circa tria in professione præmissa. Nam prima post naufragium non semper inuenitur tabula, nisi per Dei misericordiam concedatur. Scissionem etiam faciunt maiora, post præmissa, in nauicula nostra, magnam, & ideo circa illa debemus habere mentem attentam. At quæ essent mediocria, facerent, et si non maxima in naui foramina, tamen magna. Sentina etiam est perscrutanda in minimis, ne forsitan paulatim, licet tardè, quod absit, perreat nostra nauis. Nam et si prium non sit irremediabile, & repentinum periculum, cito tamen nauis submergitur per secundum.

Nonnun-

Nonnunquam etiam ex tertio, & licet tardissimè aliquando submergetur ex quarto. Quocirca minimas etiam obseruantias studeamus obseruare, & de nostra salute semper solliciti nihil vilipendamus, nihil in contemptum, vel consuetudinem reducamus.

Colligas ergo ex præmissis quod distinctè promissa sunt ut præcepta: Maiora verò post ipsa sunt monita, locumque habent directionis & consilij, media & minora: Maiora verò promissa ad culpam obligant mortalē; Monita verò & cōsilia pœnitentiam habent proculdubio leuiorem, secundum præmissam superius distinctionem. Sed magis ponderant, & grauiora sunt in religiosa persona, quam in quaunque alia, vt pote quia Monachus magis debet esse perfectus, & ideo magis ad monitiones, ad directiones, & ad consilia est astriclus. Illa ergo

ergo concedo argumenta, quæ probant quod non omnia quæ continentur in Regula sunt præcepta.

Ad primum autem, quod ad contrariam partem probandam inducitur, quod omnia esse præcepta videntur ex eo, quod in principio Regule dicitur: *Ausculta, ô fili præcepta Magistri?* dico, quod non hoc verbum ex persona beati Benedicti quod se Magistrum appelleat sit prolatum. Et hoc ex eo quod postea subiungitur, patet: *Admonitionem p̄y Patri libenter excipe.* Neque enim se pium patrem appellat, qui omnem iactatiam fugiebat. Sed pium, & magistrum Christum dicit, sicut in verbis in eodem proœmio plenè ostendit: Ad illud quod dicitur: *Ergo preparanda sunt corda & corpora ibidem nostra sanctæ obedientiæ præceptorum militatura;* potest dici quod de obedientia dicitur, de qua expressè ibidem loquitur.

H

Ad

Ad illud quod subinducitur: In
Cap. 3: omnibus igitur omnes magistrum se-
quantur Regulam &c. potest respon-
deri.

Quod illa conclusio, quod tota
Regula sit præceptū, nullatenus po-
test sequi. Nam Monachus non pro-
fitetur Regulam, ad stabilitatem, &
obedientiam, & morum conuersio-
nem secundum Regulam; sicut dicit
Bernardus: Nemo cum profitetur
spondet Regulam, sed determinat
secundum Regulam, suam quisque
conuersione, suamque conuersatio-
nem sese dirigere pollicetur. Item
professio sic se habet: Promitto, non
quidem Regulam, sed obedientiam se-
cundum Regulam. Ex his igitur dico q̄
in alijs que in professione non ex-
primuntur, Monachus sequitur Regu-
lam vt magistrum docentem, & ad
rectitudinem dirigentē, & salubria
monentem, & utilia consulentem,
non vtiuentem, mandantem, vel
præcipientem.

Ad

Ad illud quod inducitur, quod regulares obseruantiae seruitium sanctum appellantur, & tamen illud Monachi profitentur, vbi dicit: *Propter seruitium sanctum quod professi cap. 50 sunt.*

Dico, quod in verbo illo sumitur pars pro toto: quia vbi dicit hoc, nobis de obedientia loquitur, & sub rubrica de obedientia continetur; Vnde sic verbum illud intelligitur: *Propter seruitium sanctum quod professi sunt:* id est, propter obedientiam sanctae servitutem, de qua faciunt Monachi professionem. Ex quo patet, ex præmissis non sequi conclusionem.

Ad illud quod scurrilitas, & verba otiosa æterna clausura damnantur, & ideo si hæc minima sunt damnata, multo fortius maiora, & ideo damnabiliora.

Respondeo, q. B. Benedictus ostendit, in discipulo tantâ perfectionem

H 2 esse

172 SPECVLI D. BERNARDI

esse debere, quod ista minora, debet, sicut damnata vitare. Hoc etiam dicit, ut discipulum tacendo, & non fatuè loquendo, professionem acquisitum ostendat. Et ad illa nouitium instruat, non ut æternæ damnationi ipsum supponat. Quis enim dubitat maius peccatum esse murmurare, vel silentium post Completoriū frangere, quam vnum verbum otiosum, vel iocorum locis & horis, quibus soli potest silentium, proferre? Sed de murmuratione B. Magister nihil præcipiendo dicit, sed monitionem facit, ubi ait: *Hoc ante omnia admonentes, ut absq; murmuratione sint fratres.* Item pro murmuratione, & silentij post completoriū fractione pius pater pœnam indicit temporalem in Regula; ergo patet quod non obligat ad æternam damnationem.

Ad aliud insuper argumentum
quod

quod ex eo verbo inducitur, quod
in regula dicitur: *Si habita secum de-* Cap. 58.
liberatione, promiserit se omnia custo-
dire, &c. Responderi potest, quod
langè sumitur verbum promitten-
di, ut non importet obligationem
voti. Et erit sensus: si ostenderit se
omnia velle custodire, id est suam
voluntatem ad omnia custodiēda,
pro posse, dirigere. Nullus enim i-
ta incautè emittit suam professio-
nem, quod ita promittat omnia cu-
stodienda, & totius Regule obser-
uationem, quod in nullo ultra trās-
grediatur quod in regula contine-
tur; vnde B. Bernardus: *Nemo si*
cautè profitetur, pollicetur in nul-
lo se ultra transgressurum..

Et ad ista respondendo repetas,
quod Monachus non profitetur Re-
gulam, sed profitetur tria secundum
regulam..

Ad aliud verò quod ad idem for-
tius inducitur: *Suscipiendus autem in Ibidem,*

H ; Orato-

Oratorio &c. vsque ibi. Ut si aliquando aliter fecerit, à Deo se damnandum sciat, quem irridet.

Est respondendum, quod ita est illud verbum intelligendum: *Si aliquando aliter fecerit*, id est, si directè contra professionem fecerit. Nec dicitur contrarium facere professioni, pro transgressione cuiuslibet statuti, vel verbi in nostra Regula contenti. Sed si contrariū promissioni fecerit, de stabilitate apostolado, vel contra Regulā, & superioris præceptū vagando; vel sacerdotaliter omnino viuedo; vel obedientiā contemnendo. Et per huc intelligas Responsum authoritatibus Augustini: Sunt quædam quæ non videntes debemus &c. Et huic, quod legitur in lib.

Numer. 30. 3. Psal. 75. 12. Numer. *Si quis virorum votum uerit Domino, &c. Et verbo Psalmi: Vouete &c. & authoritati Beati Gregorij: Quod præcipitur, imperatur. Et Beati Augustini: Quæ Cæsar præcipit,*

præcipit, ferenda sunt &c. Et ad illud ultimum : **Quisquis præceptis Domini non obtemperat &c. Quia cum tota regula, ut præmonstratum est, non continetur in voto, neque omnia que ibi continentur sint sub precepto, & per consequens non incurvant pœnam aeternam ; qui cætera præter tria in aliquo transgrediuntur, nec ut prævaricatores pacti vel voti merito puniuntur.**

Sanè in hac materia Magister **Gulielmus de petra alta**, sic dicit: *plus duplex.* Notandum quod tria timenda sunt *plex.* in transgressionibus minorum mandatorum, scilicet contemptus, usus vel consuetudo, & obstinatio.

Potest autem distingui dupliciter contumescere, scilicet contemptus personæ superioris, & contemptus statuti. Et contemptus statuti est duplex, scilicet contemptus maledicti, & contemptus remedij. Contumescere personæ superioris,

176 SPECVLI D. BERNARDI

est irreuerentia potestatis. Contem-
ptus statuti, est in illo qui mente re-
laxata sine freno currit per campos
licentia, transgressiones non repu-
tans, de remedio non curans. Vnde
Salomon in Prouerbijs. *Impius cum*
Proner. *in profundum venerit peccatorum,*
18. 30.] contemnit. Præterea Beatus B E R-
N A R D V S , vt mihi videtur , de
hac materia optimè dixit : Par-
tienda est nobis in duo hæc vni-
uersalis obseruantia regularis ; in
præcepta, scilicet, & remedia. Præ-
ceptis instruitur vita contra pecca-
ta. Remedijs restituitur post pec-
catum innocentia. Sic ergo vtraque
complectitur ista nostra professio,
vt professus quisque , cum in aliquo
regularium mandatorum delique-
rit, si ad remedium & quæ regulare
confugerit, et si conuincitur trans-
gressor mandati, non tamen est pre-
varicator pacti. Solum itaque cen-
suerim fregisse votum, violasse pro-
positum,

H

positum, pacium prævaricasse, qui & præceptum contempserit, & remedium. Nam illum sanè dico securum, qui, etiamsi interdum obedientiæ limitem præteriit, consilium non respuit pœnitentiæ.

Hæc ergo generalis regula sit universorum, quæ per se, aut propter se nec bona nec mala sunt, aut diuina institutione, aut propria cuiusquam professione fixa non sunt, ut non iussa quidem licet, utrumlibet, vel admittantur, vel omittantur, iussa verò sine culpa non negligantur, si ne crimine non contemnantur. Vbique enim & culpabilis neglectus, & contemptus damnabilis est. Differunt autem, quia neglectus quidam languor inertiarum est, contemptus vero superbiæ tumor. Item, Nonnulla vaniloquia, seu stultiloquia, & quæcunq; otiosa dicta, vel facta, vel cogitata, venialia, non criminalia reputantur, excepto cum per contem-

H s ptum

778 SPECVLI D. BERNARDI

ptum vertuntur in vsum & consue-
tudinem.



PARS SECUNDA

SPECVLI D. BER-
NARDI ABBATIS
CASSINENSIS,



A m. Domino
permittente, que
circa primā par-
tem huius spe-
culi requirenda
videbātur, sum,
ut potui, profe-
quutus. In qua, quæ professio mo-
naistica exigit, videre potest Mona-
chus sollicitus & attentus. Nunc se-
cundam particulam, quæ temerè
profitentes redarguit, & utilia pro-
ficien-

ficientibus inserit, pertractandam
aggreder: ut mihi Deus dederit.

Quæ diuiditur in duas partes,
quarum prima continet quæ in pro-
fessione requiruntur.

Secunda quæ in male viuente in
monasterio reprehenduntur.

CAPITVLVM I.

IN QVO AGITVR
DE DVOBVS QVÆ
IN PROFESSIONE REQUI-
runtur, ad hoc scilicet,
quod debito mo-
do fiat.



T nota, q; quedam in
professione requirun-
tur quæ ante & post,
& in ipsa, dum emit-
titur, necessaria & uti-

H 6 lia

80 SPECULI D. BERNARDI

lia valde esse videntur ad hoc, quod professio debito modo agatur. Requiritur enim quod ad illam veniantur voluntarie. Et quod ipsa fiat discreta.

Circa primum notandum est primò , qualiter voluntas diffinatur.

Secundò quod bonum opus ex voluntate attenditur.

Tertiò quod est acceptabile, quod voluntarie impenditur.

Considera igitur quod B. Augustinus voluntatem sic diffinit: *Voluntas est animi motus, ad aliquid bonum imitandum, vel adipiscendum.* Hec autem diffinitio satis patet in bona voluntate. Nam motus animi voluntarius in bonum, ad hoc scilicet quod est malum non imitatur, sed ut ipsum fugiat; & ut aliquid boni vel ipsum sumendum, ut adipiscatur, desiderat. Oportet ergo quod bona voluntas figat suum desiderium

*Voluntas
quid.*

rium de summo bono, & abhorreat per consequens quod suadetur ex desiderio malo, & ad hoc ordinetur animi motus, & disponatur intrinsecus homo totus.

Quod autem bonum opus ex voluntate attendatur, ex verbis B. Ambrosij probatur: Non satis est, inquit, benè velle, sed etiam benè facere. Nec satis est iterum benè facere, nisi ex bono fonte, id est, ex bona voluntate profiscatur. Nullus nisi voluntariè primitias suæ cōversionis Deo iubetur offerre; Sicut in Exodo dicitur: *Separate apud vos primitias Domino, omnis voluntarius, & prono animo offerat eas Domino.* Exodo 35.5. Perfecto enim corde, & voluntate propriâ debemus nos officijs diuinis astringere; sicut David Salomoni in Paralip. dicitur dixisse: *Salomon, inquit, fili mi, scito Deum patrū tui, & serui ei corde perfecto, & voluntario animo.* 1. Paral. 28.9. Nam si quis vo-

H 7 lunta-

182 SPECULI D. BERNARDI

luntario animo; & puro corde Deum quærendo profitetur, eum præculdubio inuenire meretur; vnde in Paralip. legitur: *In omni enim cor-*

2: Para. de suo iurauerunt, & in tota voluntate
25. 15. quæsuerunt eū, & inuenerunt. Certe qui congregationi Religiosorum se iungit, & huius sæculi mala detestando & abhorrendo fugit, & bonam voluntatem habēs regulares obseruātias appetit, & alios sibi, & se illis in solidum firmamentum cōstituit, vt & ab alijs adiuuetur eius propositum, & ipse sit alijs quodammodo firmamentum; vnde legitur in lib.

2. Mach. Machab. Congregata est ad eus syna-

2. 42. goga Assideorum fortis viribus ex Israel omnī voluntarius in lege: & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum.

Ad tertium dici potest, quod ita bonum opus acceptabile est profitētis, sicut procedit ex mente voluntaria offerētis; vnde B. Hieron. dicit: Do-

minus

minus non ea quæ offeruntur, sed voluntatē offerentiū respicit. Nam si bona voluntas in offerente votum Domino habeatur, illa, quæ respicit ad orientē diuinæ gratiæ porta, offerēti quasi singulariter aperitur, prout hoc in Ezéch. dicitur: *Cum autem Ezech. 46. 12. fecerit Princeps spontaneum holocaustū, aut pacifica voluntaria Domino, aperiatur ei porta quæ respicit ad orientem.* Adeo autem voluntarius, & hilaris debet offerre Domino se & sua, q. nulla referuetur in animo voluntas, aut tristitia. Qui enim dat hilariter suū munus, hunc acceptabile habet Deus, sicut dicit Apost. ad Cor. *Vnusquisq; det pro ut destinavit in corde suo 2. Cor. 9. non ex tristitia, aut ex necessitate: hilare enim datorem diligit Deus.* Et nota quod mala voluntas hominem damnat, & bona eum à pœnis liberat. Hoc B. Aug. nobis indicat: *Quis, inquit, nesciat, nec damnari hominem nisi merito malæ voluntatis, nec saluari*

184 SPECULI D. BERNARDI

saluari nisi habuerit bonam voluntatem? Iustitia enim non consummatur in opere, ubi non est bona voluntas in mente. Vnde Chrysostom. ait: Iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. Secundū enim illud quod est prop̄pta, est voluntas Deo amabilis & accepta; sicut dicit Apostolus ad Cor. 8. Corinth. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.

Sequitur de professione quod sit discreta: Quia bona voluntas non est sufficiens profitentis, nisi adsit intelligentia cautela, & ratio discretionis: ne forte honorando sanctos, primò in eo quod voulit, ruina patetur non complendo quod inconsultè promisit. Vnde in Proverb. Rioner. dicitur: Ruina est hominum deuotare sanctos, & postea retractare. Exponit deuotare, id est, de voto suo honorare. Ad hoc igitur profitendum

20. 25.

dum rationabiliter, & deliberandum sapienter, indulgetur à Regula tempus, ut informetur interim ad cautè promittendum nouitij intellectus. Ad hanc quippe cautelam est sollicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis in qua totum ratio agit.
Hoc considerans prudenter Beatissimus Pater Noster indulxit pulsanti perseueranter probationis tempus, & consulit difficultatem ingressus, ac illatas iniurias per quatuor aut quinque dies patienter portant, in cella hospitum moram aliquibus diebus vult concedi: at exeuntem cellam hospitum, cellam vult ingredi nouitorum. Et apponas mentem, quantam consulit sollicitudinem. Primo enim duos menses, & postea sex indulget ad delibera-
tionem, & ultimò quatuor antequā emittat professionem. Hec omnia prudenter & cautè ad deliberandum largitur; sicut hæc omnia ex regu-

regula conceduntur, vt interim se-
mitas cōsiliorum discat, per quas se
itur ad Deum sciat. Et ne pedes e-
ius incautè offendant. pedū positio-
nem palpebre considerādo præce-
dant; sicut legitur in Prouer. *Palpe-*
Prouer. *bræ tuæ præcedant gressus tuos.* Quod
4. 2. 5. 0. enim diu est deliberatū, postea ce-
leriter est agēdū, vt dicit Sapiens:
Diu delibera, & citò fac. Non enim
consilia & opera nostra sunt præci-
pitanda, sed consultè ordinanda. Et
ne viuēdi ordo corrūpatur, tempus
deliberandi, & inducīæ indulgetur;
vt Calixtus Papa ait: Nos tēpore in-
digemus, vt aliquid maturius aga-
mus. Non præcipitemus consilia &
opera nostra, ne eorum ordinationē
corrumpamis. Sermo enim qui per
maturitatē est opportūus, est ad p-
ferendum optimus. Et cogitationes
absq; consilio, de facili dissipantur;
sicut & ybi plures sunt consiliarij,
confirmantur. Vnde per Salom. di-
citur: *Dissipantur cogitationes ubi non*

eß

est consilium: ubi vero sunt plures consiliarij, confirmatur. Et post pauca: Ser. 15. 22.
 mo opportunus est optimus. Nec cum Deo
 loqui temere, sed prudenter & ma-
 turè debemus. Vnde Eccl. dicit: Ne
 temere quid loquaris, neque cor tuum sit Eccles. 5.10.
 velox ad preferendū sermonē corā Deo.
 Oportet præterea, quod eius, qui habuit
 ad deliberandum tempus, sit informa-
 tus interim intellectus, & sic eius, p-
 missio sit voluntate fidelis ad perie-
 uerandum, & sermone discretus ad
 professionē emittendam. Alioquin
 vnde Deo crederet placere? Infide-
 liter & stulte facta missio dispi-
 cetur; sicut dicitur in Eccl. Displacet e- Eccles. 5.3.
 nim Deo, stulta & infidelis missio.
 Nos enim illa quæcumq; dum vixeri-
 mus facturi sumus, intelligere prudē-
 ter debemus; vnde legitur in Prou.
 Sapientia callidi, est intelligere viam Prouer.
 suam. Doctus namq; & informatius 14.8.
 intellectus libenter exoluitq; vrou-
 rat spontaneus, ut sic intelligatur
 quod in Exod. legitur: Mulieres doctae Exodus
 red- 35.25.
 est

*reddunt quæ vouerant, sponte propria
cuncta tribuentes.*

Et nota, quod onus illud toto tempore est portandum, & est antea quantum ponderat considerandum; & sic ut in lib. Num. legitur:

Numer: 4:26. *Vasa ministerij, iubente Aaron & filijs eius, portabunt filij Gerson, & sciem singuli cui debeant oneri mancipari. Sunt quippe Geronitæ portantes onera Domini, Cœnobitæ: Ipsic enim sunt, quantum ad mundum, in loco religionis aduenæ & persona à mundo eiectæ; unde Geronitæ aduenæ ibi, vel eiecti interpretantur. Quia & à mundo, ut aduenæ, ad Religionis insulam deportantur, & separati à mundi conuersationibus, expelluntur. Onus igitur tantæ, & tam durabilis invitatis, debet prouidere sapiens intuitu rationis. Et præterea, ut prudenter intelligat, quacunque parte se vertat, debet esse expectationis delibe-*

deliberatio longa. Quæ quidem
debet esse oculis prudentis ut gem-
ma gratissima præstolans expecta-
tio, quounque se vertit prudenter
intelliger. Sic enim & prudens in-
tellectus, est Regi Regum quasi mi-
nister; Sicut in Proverbijs dicitur:
Acceptus est Regi minister intelligens. *Proverbijs*
Propter præmissa igitur Regula No. 14 35.
uitio frequenter legitur, ut lex, sub
qua militaturus est, plenè intelliga-
tur. Et sic quod habetur in Dente-
ronom. prudenter implebitur. Cu-
stodite, inquit, verba pacti huius, & Dente-
ronom. implete ea: ut intelligatur vniuersa que 29. 9.
faciatur. Sed inter ista notandum,
quod non est temerarius iudican-
dus, si aliquis considerans sibi im-
minere naufragium, & mortis æ-
ternæ periculum, qui fortè expe-
rientiam pœnitentia apprehendat
in sæculo, ut iam offerat suum sacri-
ficium Deo, temporū moras rum-
pit, seq; Deo committit. Quia eius
inspi-

190 SPECULI D. BERNARDI

Inspiratio de intellectu plenius prauidit, & hoc forsitan in oratione obtinuit. De hoc legitur in Job.

Job. 32. Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotens dat intelligentiam.

8. enim procul dubio veritatis intellectus in eo, qui ponit fiduciam totam in Deo; sicut legitur in libro Sapientie: Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem.

Sap. 3.9.

CAPITVLVM II.

IN QVO OSTENDIT VR QVANTA REPREHENSIONE Di-

*gnus sit, qui iam professus male
in Monasterio conuer-*

satur.



*Ictis superius quæ
in profitente requiriuntur: Nunc quantâ
reprehensione sit di-
gnus,*

gnus, subiungitur, qui iam professus malè in Monasterio cōuersatur. Qui enim conuertitur, aut turpem vitam ante conuerzionem duxit, & post conuerzionem turpiter viuit: Aut in sēculo benè vixit, & in Monasterio malè viuit.

Qui verò in sēculo benè vixit, & innocentiam sibi seruauit, redarguendus est fortiter, quod in Religionē viuat reprehensibiliter. Quāsi enim maris huius mundi vitauit pericula sine nauis suffragio, & in nauī Religionis graui perit naufragio. Abutitur enim in superbiam pœnitentiæ munere, quod ei Dominus misericorditer dedit. Et ubi est locus reconciliationis, & thesaurus redēptionis, iram Diuinæ iustitiæ sibi thesaurizare non timuit. Ex aromatum cellā, diuerſa vina, & devotionis odoramenta sibi debuit acquirere & augere; ipse verò eandem cellam fœtentibus,

tibus, venenosis, & mortiferis rebus non expauit implere. Et ubi dirumpenti vincula sua, sacrificium laudis immolare debuit, ibi pro laudibus contumelias exsoluit. Vbi etiam perpetrata in seculo mala, vel negligentias debuit corrigere, ibi non timet peiora perpetrare. Item si in seculo male vixit, se posuit in Religionis carcere, ut ibi deberet peccata lugere. Ac ubi debet placare Dominum carceris, ibi iungit peccata peccatis. Per quæ, ad colum proprijs manibus ponit funē, ut ad feralis patibuli ducatur suspensionem. Et si fortè funem ipsum ingrediendo religionem rupit, maiora prioribus flagitia perpetrando, funem ipsum refecit.

*Aggra-
uantia
peccati
mortale.
IV.*

Et Nota quod aggrauatur peccatum mortale in Monasterio cōuersantibus, voti spontanea promissione, loci sanctitate, bonorum societate, benè viuendi opportunitate, beneficij

ficij receptione & sancta tractandi
præsumptione.

Voti autem prævaricatio post lon-
gam deliberationem spontanee e- Votipro
missio.
misí, aggrauat profitentis peccatū,
qui corde pertinaci reddere contra-
dicit Deo vota sua, quæ distinxerunt
labia sua. Regula enim omnibus
proposita est, sed non nisi volenti
assumere imposita, sicut dicit B. Ber-
nardus: Regula B. Benedicti omni
homini proponitur imponitur nul-
li: supple, nisi volenti. Et nota, quod
talis est promissor largus, redditor
auarus, mendax manifestus, diuisor
peſſimus. Deo enim sua dedisse
videtur, se verò Diabolo; & quia
spiritui sancto mentitur, mortem
meretur æternam; Vnde in actibus
de Anania & Saphyra legitur, nam
Ananiæ dixit Petrus: *Cur tentauit
Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto?* Act. 5 3.
Non es mentitus hominibus,
sed Deo. Audiens autem Ananias hæc

I verba

194 SPECULI D. BERNARDI

verba cecidit, & expirauit: Hic irritum
votum faciens Deo, meritò damna-
Cap. 58. tur, & irridetur ab eo; Vnde Beatus
Pater Noster verbis professionis p-
missis subiungit: *Vt si aliquando,*
inquit, aliter fecerit, à D E O se
damnandum sciat quem irridet. Tali, &
similibus in Proverbijs dicitur: *De-*

PROV. 1. *spexistis omne consilium meum, & in-*
25. *crepationes meas neglexistis. Ego quo-*
que in interitu vestro ridebo, & sub-
sannabo cum vobis, id, quod timebatū,
aduenerit, cum irruerit repentina cala-
mitas, & interitus quasi tempestas in-
gruerit. Sequitur fructus quem ipsi
consequentur: Comedent igitur fru-
ctus vita sua, suisq; consilijs saturabun-
tur. Attende quam fatuus merca-
tor est talis, qui primò reliquit to-
tum mundum propter Deum, &
postea turpiter abiicit ipsum De-
um. Pretiosam margaritam, om-
nia sua & seipsum dando, emit, &
pro vili dilectionis pretio, eandem
abiicit.

abijcit. Et sic nec Deum habens
nec seculum; cambiatum amisit, &
cambium appretiatum perdidit, &
inter duas cellas ad terrā cadit mor-
tientium. Vnde Beatus Bernar-
dus scribens cuidam moniali, ait:
Deum, inquit, repellens & à seculo
repulsa, inter duas, ut dicitur, cellas
corrueras: nec Deo utique viue-
bas; quia nolebas: nec seculo; quia
non poteras. Quia qui amittit De-
um & seculum, perdit gallinam &
ovum. Ipse enim aliquando Do-
mino potuit dicere, quod eum se-
quendo debebat habere, secundum
illud Matthæi: *Ecce nos reliquimus
omnia, & secuti sumus te. Quid ergo
erit nobis?* Qui summè remunera-
turus erat, idem Dominus est re-
sponsurus: *Amen dico vobis quod vos
qui secuti estis me, & reliquisti omnia,
in regeneratione cum sederit filius ho-
minum in sede maiestatis suæ, sedebitis &
vos super sedes duodecim &c, usq; ibi:*

Matth.
19. 27.

Ibidem
286

196 SPECVLI D. BERNARDI

Centuplum accipiet, & vitam eternam possidebit. Cum omnia propter eum dimisissent, ipsum satue dimitteo debent ad cor reuerti, & conqueri, lamentando frequenter il-

Tob. 10. *Iud Domino dicendo: Omnia simul in te uno habentes, Te non debuimus dimittere ire a nobis.* Na in voti prævaricatione Deum dimittimus, nec recuperamus amissum, quem in voti conuersione habebamus ad omnia.

11. *Loci sancti etiam sanctitas aggrauat peccatum in monasterio male conversantis. Quia monasteria, multa habent priuilegia sanctitatis.* Ibi enim est corpus Domini verum in sacramentis, & corpus Domini mysticum in bonis personis; Nec non & corpora sanctorum in altaribus & sepulturis. *Quis posset cogitare* *quot corpora sanctorum sunt sepulta in locis religiosis, & maximè in monasterijs maximis & antiquis,*

qui

qui benè seruauerunt Regulam, inter fratres suos se pacifice ac humiliter habuerunt, bona opera sua pro viribus occultantes, soli Deo noti esse studentes, & crucem Christi, per longa tempora portando obierunt, successoribus exempla sanctissima relinquendo, & vitam suam laudabiliter finiendo? Qui communibus, & nobis ignoti fuerunt traditi sepulturis: Quos quotidie calcamus immundis pedibus nostris, affectiones sordidas & morituras habentibus, & in ipsis diu permorantibus. Nonne debent mereri nostris in cordibus verbum illud Dominicum, dictum Moysi, in Exodo? *Solue calceamentum de pedibus tuis: Locus enim in quo stas, terra sancta est.* Et ne longè exempla petantur: si diligenter & attente considerantur S. Patris Nostri reliquiae corporis, & illius Beatae sororis; nec non & suorum corpora successorum, diuersis locis

misi

I 3 locis

*Exod.
3. 5.*

locis sepulturæ monasteriorum tradi-
torum. Ac etiam sanctorum ipsi-
us Patris, & etiam aliorum, quos ei
tradidit Dominus successores , ac
ponderis religionis fortissimos por-
titores, quanta reuerentiâ esset ille
locus excolendus? quantâ immun-
dè conuersantibus terribilis & tre-
mendus? Nonne via recta tendens
ad cœlū fuit ab illo discipulo osten-
sa & Angelicis præconijs comenda-
ta? *Hæc est via, ait, qua dilectus Domino
Benedictus cælam ascendit.* Ut tanquā
nouissimum omittatur, quod à Bea-
to Cæsario de Insula Lirinensi scribi-
tur: *O beata Lirium Insula; que licet
fis parua & plana, magnos tamen ad
cælos mittis montes.* Quis demum
cogitare posset, quot Cluniacense
Monasterium ad cælos miserit san-
tos, viuentes cæteris occultatos, &
mortuos : modernis ignotos? Hæc
omnia aggrauant malè in Monaste-
rijs conuersantes, & sanctitatem eo-
rum

rum, quos calcant, minimè atten-
dentes. Sunt enim antiqua loca,
quædam, *Dei ciuitas gloria*sa, quæ ta-
les in pauimento tanquam pretio-
fas contineat margaritas. *Domus enim*
Religionis est domus maiestatis diui-
næ, quam murus pœnitentie & pro-
bationis nostræ cingit. Vnde Psal-
mista. *Replebitur maiestate eius omnis*
terra: trita scilicet sancta conuersa-
tione. Est etiam domus Religionis,
porta glorie domus maiestatis diui-
næ. Quia ibi est sonus orationis de-
uotæ, & plenus suavitate, dum di-
uina maiestas ibidé à fidelibus ado-
ratur. Et ideo domus orationis pro-
priè appellatur in Mattheo. *Domus Matth.*
mea, domus orationis vocabitur. Hec
domus pro mansione sua à Domi-
no eligitur, & ideo privilegium ei
conceditur, quod salus ibi manenti-
bus à Domino largitur. Vnde in
Luca ad Zachæum à Domino dici-
tur: *Hodie in domo tua oportet me ma-*

Domus |
Religio-
nis quid

Psalm.
72. 19.

Matth.
21. 13.

Luc.

I 4 *vener.* 190. 5d

nere. Et post pauca : *Hodie salu-
domui huic facta est.* Quia igitur
Dominus frequenter eam visitat, so-
llerter est purganda, ne quid horrē-
dum ibi Saluator inueniat, ut contra
habitantes, quod legitur in Osee,

Osee. 6. conquerendo dicat : *In domo Israel*

10.

Ierem.

7. 11.

Ierem.

11. 15

*Exhorta-
tio.*

Psalme

83. 5.

*vidi horrendum : ibi fornicationes E-
phraim : contaminatus est Israel* Et
illud Ieremias : Ergo spelunca latro-
num facta est domus ista , in qua inuo-
catum est nomen meum in oculis ve-
stris? Ne quasi conquerendo dicatur
similiter ab eo illud eiusdem Iere-
mias : *Quid est , quod dilectus mew in
domo mea fecit sclera multa?*

Attendite igitur quod in loco san-
cto est versandum bene , & diuinis
laudibus insistendum , ad æternam
beatitudinem promerendam ; se-
cundum illud psalmi. *Beati qui ha-
bitant in domo tua Domine : in sæcula
sæculorum laudabunt te.* Dixi eti-
am claustrum , pœnitentia esse ca-
minum,

minū, qui datus est nobis a Deo. Sed nos per superbiam eo abutimur; si-
cūt in Iob legitur: *Dedit ei Deus locū Iob. 24. pœnitentiae. & ipse abutitur eo in super 23. biam.* Ibi enim habet virginitatis, &
omnis mūditix argentū, venarum
principium. Ibi locus, vbi patien-
tiæ, humilitatis, & obedientiæ veris-
simum probatur & conflatur au-
rum. Ibi duritia cordis calore
Spiritus sancti soluitur, & in æs du-
xile conuertitur. Ibi cælesti conuer-
satione simili modo habet propriè
locum Saphyrus, & quæ ibi viden-
tur humiliora, sunt auro pretiosio-
ra, ut de his omnibus intelligantur,
quæ in Iob his verbis leguntur: Ha-
bet argentum venarum suarum princi- *Iob. 28. pia: & auro locus est, in quo conflatur.* 1.
Ferrum de terra tollitur: & lapis so-
latus calore in æs vertitur. Et post
pauca: Locus Saphyri lapides eius, &
gleba illius aurum. Et nihilominus
terra conuersationis sanctæ benedi-

502 SPECVLI D. BERNARDI

Eionis locus: nam ex rore diuinæ
gratiæ, & ex charitatis pinguedine
benedictione abundat; ut in ea lau-
dabiliter viuens, fructus benedictio-
nis colligat: & benè cōuersanti Mo-
nacho, illud Gen. conueniat: *In pin-*
Gen. 27. guedine terræ, & in rore cœli desuper,
39. erit benedictio tua. Hæc enim bene-
dictio, est hæreditas B. Bened. pro-
prie, quæ datur in eius terra lauda-
biliter conuersanti, ad quā quilibet
Monachus vocatur, qui eius Regulā
imitando sequitur. Vnde conuenit
ei & similibus, q, in Canon. B. Petri
1. Pet. 3. scribitur: In hoc vocati es tu, ut bene-
9. dictio hæreditate possideatis. E contra sanctoros in ea quiescentes vitupe-
rant male ibidem conuersantes, &
ideo excommunicantur quodammodo,
quoniā à visione gloriæ exclu-
duntur, sicut in Esa. legitur: *In terra*
Esa. 26. sanctorū iniqua gesit, & non videbit
10. gloriā Domini. Locus insuper Reli-
gionis porta, quæ dicit ad vitā, dici-
tur: quia ibi consiliorū altitudo ser-
uatur;

uatur, sicut in Matth. dicitur; *Intrate per angustum portā: quia lata porta, & spatioſa via eſt, q̄ ducit ad perditionē; & multi ſunt, qui intrāt per eā. Quam angusta porta, & arcta via eſt, quae ducit ad vitā? & pauci ſunt, qui inueniunt eam.* Terribilis eſt autem hæc porta Demonibus, amabilis cœlum petentibus. Per hanc enim descēdunt ad Religiosos agmina Angelorū ſuo deferentiū ministerio abundantia gratiarū, & sanctæ anime ascendunt ad patriam beatorum. Et quam comendabilis ſit, Iacob in Genesi dicit: *Quā terribilis eſt locus iſte! non eſt hic aliud, niſi domus Dei.* & porta cœli. Sed quando iſta porta cœmento diuinę gratię, per ſanctas obſeruantias conglutinando eſt firmata, & poſtmodum per malos habitatores ſublato cœmento deſtruēta, lugendū eſt multa cōpassione de talis portæ diruptione. Vnde dicitur in Ier. *Luxit Iudea, & porta eius corrue- tunt.*

Tertium quod aggrauat pecca-
 tum in Monasterio peccantis, &
 Bonorū ^{71b.} malè conuersantibus, est bonorum so-
 cietas. Malus enim in societate bo-
 norum, est sicut Diabolus inter ag-
 mina Angelorum; Sicut legitur in
 Bonorū ^{Job. 11. 6.} Job: *Quādam die cūm veniſſent filij*
Dei ut aſſiſterēt corā domino, affuit in-
ter eos etiam Sathan. Iste est etiam
 Iudas à domino electus, inter disci-
 pulos pessimè conuersatus, quem
 peccatis suis dominus Diabolum
 Bonorū ^{Ioan. 6.} appellauit, dicens: *Nonne ego vos*
 duodecim elegi: *& ex vobis unus Dia-*
 bolus est? Sibi namque debetur su-
 pendium infernale: quoniam est
 inter sanctos animal singulare. Bo-
 nus enim opera sua exercet in vi-
 nea Saluatoris, & malus ibi obtinet
 locum vastatoris, sicut dicit Psalmi-
 sta: *Exterminauit eam aper de Silua:*
& singularis ferus depastus est eam. Ta-
 lis est enim filius Diaboli, cum alij
 sancti Socij eius, sint filij Dei; sicut A-
 postolus

postolus ad Corinthios ait: *Fidelis 1. Cor. 1.*
Deus, per quem vocati estis in Societa- 9.
tem filij Dei. Et ideo non est mirum
si ipsi sunt amabiles ad invicem, cum
maiores charitatem habeant ad in-
vicem, quam fratres carnales; sicut
*legitur in Proverb. *Vir amabilis ad Prover-**
Societatem, magis amicus erit quam 18.24.
frater. Inter istos nulla impij con-
uersatio seu communicatio, nulla
societatis participatio. Nam sanctis
euntibus ad lucem quam dilexe-
runt, vadunt impij ad tenebras quas
elegerunt. Iste enim sunt sacratissi-
mum templum, & illi sunt mem-
bra, & habitatio Idolorum, atque
Diaboli. Vnde de predictis Aposto-
*lus ad Corinthios ait: *Quae enim par-* 2. Cor. 6.
ticipatio iustitiae cum iniquitate? aut 14.
quaesocetas luci ad tenebras? Quae au-
tem conuentio Christi ad Belial? aut
qua pars fidei cum infidei? Quis au-
tem consensus templo Dei cum Idolis?
Cum sint extrema dicta, conuentio
*nulla,**

17 Quar-

IV.
Oppor-
tunitas
bene vi-
uendi,

Psalm.
24. 4.

Eccles.
8. 6.

Quartum, quod peccatum aggra-
 uat in eo, quod inter socios male cō-
 uersatur & stat, est opportunitas be-
 nè viuendi, quæ in clauстро ordina-
 to de facili potest haberi. Ipse enim
 delectationes potuit habere spiri-
 tuales, & eas abominatus, fuit am-
 plexatus vilitates & asperitates car-
 nales. Concipiuit vilia, & delecta-
 bilia fastidiuit; sicut Beatus Grego-
 rius dicit: Vesana mens plus alle-
 qui aspera carnaliter, quam tenere
 blanda spiritualiter gaudet. Haben-
 tes manna fastidunt, & səpè desi-
 derant quæ non sine lacrymis co-
 meduntur. Et Beatus Bernardus su-
 per illud Psal. Confundantur omnes
iniqua agentes superuacuè, dicit: An
 non superuacuè & iniquè agit, qui
 non modo fructuosius, sed etiam ir-
 cundius seruire Deo poterat quam
 mundo? Vnde cum, sicut dicitur in
 Eccl. *Omnis negotio fit tempus & op-*
portunitas; sicut querunt suas opor-
 tunitates

eunitates sancti, ut gratiam & auxilium Dei inueniat: sic querunt sua membra Diaboli: ut omne bonum in se, & in membris domini occidunt & perdant. Ostendo tibi opportunitatem beatorum. De ipsa namque dicit Apost. ad Hebr. Adeamus cum *Heb. 4.*
*fiducia ad thronum gratiae eius: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ostendo etiam tibi opportunitatem maiorum. De Iuda legitur in Luca: Quare Lue. 22.
 rebat opportunitatem, ut traderet eum 6.
 fine turbis.*

Aggrauat etiam quinto peccatum, *V:*
 beneficium, viatum scilicet & vestitum à Deo recipientis, & male conversando in Monasterio ipsum ad morte impugnantis, mortiique tradentis. Vnde iterari potest verbum saluatoris in Luca conquerentis: *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Et Psal. dicit: *Si inimicus meus maledixisset mibi: sustinuisse 54. 13.* *utique*

Beneficij recepcionis.

Lue. 22.

21.

Psal.

54. 13.

utique

utique. Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimes, dux meus & notus meus. Qui simul tecum dulces capiebas cibos. Hic talis dum est in bonorum societate, videtur esse Deo coniunctius bona familiaritate: & videtur dare osculum amoris, dum dat osculum proditionis. Cui in Luca improperebat sententia saluatoris di-

Luc. 22. cens: Iuda, osculo filium hominis tradidit?

v.1. Item sexto, peccatum in Monasterio malè conuersantis aggrauatur ex eo, quod indignissime, & pollute sancia tractat & sumit. Voce Deo laudes canit, & operibus maledicit. Sacramentum quod vitam præstat, ad mortem suam recipit & dispensat. Attendere enim deberet, quare ei sic Deus ad mortem irascitur, quod eum munditiæ diuinæ oculis respicere dignatur; sicut in Habachuc

bachuc legitur: *Mundi sunt oculi tui, Hab. iii
ne videas malum, & ad iniquitatem 13,
respicere non poteris.* Pessimus enim
est ille cui dominus per beneficia
manum ostendit, & ipse malas vias
sequendo dominum non intendit.
Vnde quanto ad facie domini mi-
nistrando indignus stat frequenter,
tanto contra se iram Dei prouocat
durius. Ut ei conueniat quod in
ipso conquerendo dicit dominus.
*Expandi manus meas tota die ad popu- Isaie
lum incredulum, qui graditur in via non 65. 26
bona, post cogitationes suas. Populus
qui ad iracundiam prouocat me, ante
faciem meam semper.* Et cum ipse
ab immaculato D E O esset electus,
vindictam assumendo de eo, mon-
stratur Deus probabiliter esse san-
ctus. De his autem dicit Aposto- Ephes.
lus ad Ephesios: *Elegit nos dominus, 1. 4.
ut essemus sancti, & immaculati in
conspicue eius.* Et in Levitico dicitur; *Leuit.
Sanctificabor in ihs qui appropinquant 10. 30
michi.*

210 SPECULI D. BERNARDI

mibi. Expone sanctificabor, id est,
sanctus apparebo in eis, qui mihi
appropinquant indignè, vindi-
ctam sumendo de ipsorum pecca-
tis. Melius esset tali, sancta tra-
ctare dimittere penitus, quam
quod ea tractare præsumeret im-
mundus criminibus, & pollutus.
Hinc ait Beatus Augustinus : Me-
lius est spiritualia penitus omitti,
quam impurè tractari. Deberet
enim considerare mortem subi-
taneam quam incurrit ille, qui
indignè tetigit mystica, sicut in
lib. Regum legitur de Oza : Quia
enim immundus arcam tangere
præsumpsit, morte subitanea ex-
piravit.

2. Reg.
6. 7.

Si igitur ita tactum arcæ mysticæ
ab immundo terribiliter vindica-
uit, quid facturus est de illo, qui
ad verum corpus & sanguinem im-
mundus accedit? Vnde valdè ti-
men-

mēndum est quod Dominus in
Leuitico dicit : *Omnis homo qui ac-* Lenit.
cesserit ad ea quae consecrata sunt , in 22. 3.
quo est immunditia , coram Domino
peribit. Item in Exodo : Sacerdo- Exod.
tes qui accedunt ad dominum sanctifi- 19. 22,
centur , ne percutiat eos.

Non est mīrum si Deus velit ha-
bere ministrum mundum , & pro-
prium punit pr̄sumentem , indi-
gnum , & extraneum , acceden-
tem ad sibi ministrandum . Vn-
de in Numeri legitur : *Quicquid Num. 11*
externorum ad ministrandum accessse- 51.
rit , occidetur . Et ideo dieit Aposto-
lus ad Corinthios : Sententiam
attendendam , & terrore mētis
valde timidam : *Quicunque man- 1.Cor.11.*
duauerit panem hunc , vel biberit 27a
calicem domini indigne : reuerit cor-
porū & sanguinis domini . Timendum
est etiam quod officium habens re-
conciliatoris , quātum est in se , iram
magis

magis prouocat saluatoris. Et quando intendit placare , nequit : quia constat eum domino displicere. Vnde dicit Beatus Bernardus : Vx filijs iræ , qui nondum reconciliati , reconciliatoris officium sibi assument. Item : Si non placet , non placat. Vnde Beatus Gregorius : Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur , irati animus ad deterriora prouocatur. Talis voce Deum laudat , vt dictum est , tamen laudibus eius operibus contradicit. Solis enim rectis laudare DEVM conuenit , non immundis ; sicut dicit Psalmista : Rectos decet collaudatio. Vnde quando laudes Domini per immundum narrantur ,

Psalm.
32. 1.

Psalm. terribiliter à Domino interroga-
49. 16. tur : *Quare tu enarras iustias meas ,*
& assumis testamentum meum per os
tuum ? Laudare enim Deum , non
est hominum immundorum , cum
sit propriè Angelorum . Nec est
hominis

hominis à mente discordantis, sed
vocem cum mentis puritate dulci
melodia concordantis. Vnde qui-
dam dixit: Voci vita non discordet,
cum vox vitam non remordet, dul-
cis est symphonia. Et Beatus Pater
noster Benedictus cum puritate
psallere docuit; Ipse enim sic dicit:
Consideremus ergo qualiter oporteat cap. 19.
nos in conspectu diuinitatis & Angelo-
rum esse: & sic stemus ad psallen-
dum, ut mens nostra concordet voci
nostrae.

Attendas tamen ad ista: quia li-
cet in ore immundo fiant sordidae
laudes, non tamen debent eas file-
re immundi & peccatores. Vnde
per Beatum Cæsarium dicitur: Nō
debet cessare quilibet etiam pecca-
tor à laudibus, quamuis expleri ne-
queat quod sentitur. Laus enim di-
uina peccatores ad Deum dirigit, &
per quod iter sit ad eum eundum,
ostendit. Vnde Psalmista dicit: Sa-
crifi-

Nobile
documē-
tum.

214 SPECVLI D. BERNARDI

Psal. 49.23: *crifcium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.*



PARS TERTIA.

SPECVLI D. BERNARDI ABBATIS
CASSINENSIS.



Ec v n d a huius
parte speculi per-
traetata vt potui;
in qua temere
profidentium, &
male viuentium
Professorum re-
prehensiones quasdā inserui: Nunc
incipio tertiam partem & ultimam,
contra negligentes professos, ad
eos

eos exhortandos, reprehendendos, & ut procedant in melius stimulandos.

Primo quidem Abbatem, qui locum Dei tenet in subditos, aggrediens: defecuum in eo boni exempli: Et correctionis negligentiam, cum suis reprehensionibus apponens. Nimiam temporalium sollicitudinem esse culpabilem, & spiritualium omissionem ostendens esse reprehensibilem. Et in his unam particulam existimo terminandam.

Secundo, negligentiam prouiden-
di cōuentui arbitror detestandam.

Tertio, negligentiam prouiden-
di infirmis, pauperibus, & hospiti-
bus, demonstro damnandam.

Quarto, indiscretam exposicio-
nem fratrum pro rebus temporali-
bus, ostendo periculosam.

Quinto, lectionis omissionem
iudico valde damnosam,

C A -

CAPITVLVM I.

IN QVO DEFECTVM BONI EXEMPLI IN PRÆLATO, ET correctionis negligentia de- testatur: ostendens nimiam temporalium sollicitudinē, & spiritualium omissionem, esse culpa- bilem.



I R C A primam par-
ticulam huius partis,
in qua defectus boni
exempli in Abate
periculosus ostendi-
tur, non immerito à benè conside-
rantibus attenditur, quod officium
tenet Abbas in Monasterio, &
quem locum..

Et

Et Nota quod ipse debet habere *Abbas*
officium solis vel lucis, Patris, Pa- *debet*
storis, & Doctoris. De his verò tan- *esse*
to cum maiori timore loqui præsu-
mo, quanto me ipsum ex ore meo,
alios iudicando vel instruendo, cō-
demno. Ne tamen omissis Abba-
tibus, de quorum numero sum in-
dignus, solos videar subditos tange-
re, & non in hoc speculo, vbi se cō-
sideret, Abbatibus ministrare: sub-
iungitur inter proprietates alias,
qualiter Sol clarus & lucidus, debeat
esse Abbas,

Ipse enim Abbas, quando ad *Sol cl-*
mandum Deum adaptatur & di-
sponitur, Sol clarus & lucidus effici-
tur, & habetur; sicut in lib. Iud. di-
citur: Qui diligunt te, sicut Sol in ortu Iudie. 50.
splendor, ita rutilent. Sicut autem in *31.*
firmamento nihil est splendidius
Sole: sic in Monasterio, nihil est cla-
rius bono Abate. Vnde queritur
in Ecclesiastico: *Quid lucidius Sole?* *Eccel. 17.*

K

Qui 30.

218 SPECULI D. BERNARDI

Qui enim ascendit in montem prælationis, insignia debet habere trāsfigurationis: ut eius intentio sit puritate sublimis, & eius conuersatio aliorum respectu admirabilis. Exemplo nostri Saluatoris, de quo di-
Mat. 17:2. citur in Mattheo: Assumpsit Iesus Pe-
 trum, Iacobum, & Ioannem fratrem
 eius, & duxit eos in montem excelsum
 seorsum, & transfiguratus est ante
 eos. & resplenduit facies eius sicut Sol,
 vestimenta autem eius facta sunt alba
 sicut nix. Et quanto spiritualibus
 viris præminet, tanto magis cu-
 riosè studeat, vt inter illos præful-
 geat, sanctitatis claritate, inter
 quos viros luminosos præminet
 dignitate. Et sacta comparatione
 spiritualium dispensatorum, &
 temporalium administratorum, nec
 non & orationi insistentium,
 & operi vacantium, semper inue-
 niatur celsior, habeatur sanctior, di-
 gnior iudicetur, sapientior repute-
 tur;

tur; Ut illud ad Corinth. eidem in
comparationibus adaptetur, de quo
per Apostolum dicitur: *Alia cœle- 1. Cor. 15.
stium gloria, alia terrestrium, alia cla- 41.
ritas Solis, alia claritas Lune, alia cla-
ritas stellarum. Stella enim à stella
differt in claritate.* Sic verò claritas
sanctitatis debet esse bonis dulcis,
& delectabilis; sicut legitur in
Ecclesiastico: *Dulce lumen, & dele- Eccl. 21.
ctabile oculis, videre Solem.* Nec so- 7.
lum bonis debet esse delectabilis &
placidus, immò etiam malis dum
tolerantur, bonorum suorum com-
municaturus; sicut legitur in Luca:
*Eritis filij altissimi: quia ipse benignus Luc. 6.
est super ingratos. & malos. Et in. 35.*
Matth. *Sitis filij patris vestri, qui Matth.
Solem suum oriri facit super bonos & 5. 45.
malos, & pluit super iustos & iniustos.*
Nam dummodò mali, nimirū eos
supportando, non efficiantur dete-
riores, vitiosis parcendo, ut possit
facere meliores; sequi debet con-

K 2 silium

220 SPECVLI D. BERNARDI

silium sapientis eum discretè monentis: Tamdiu ingratos feras, donec gratos feceris. Ingratus enim prælucere debet Prælatus, & eis debet esse beneficis, ut sit irreprehensibilis, & subditi materiam non habent in querelis; sicut dicit Apo-
Philip. stolus ad Philip. *Omnia facite sine
2. 14. murmurationibus & hæfitationibus,
ut sitis sine querela, & simplices filij
Dei, sine reprobatione, in medio na-
tionū præue & peruersæ: inter quos
lucetū sicut luminaria in mundo. Ma-
gis enim illuminant facta, quam
verba. Et ideo quos præcellit Ab-
bas sanctitate, & fama claritate, de-
bet illuminare exemplorum veri-
tate. Ut sicut dicit B. Pater noster:
Cap. 2. *Quæ agenda sunt, potius factis quam
verbis demonstrat. Iuxta consilium
Seneca,* sapientis dicentis: Longum iter
per præcepta, breue & efficax per
exempla. Et nota quod cum tria
necessaria sint in Prælato, quod ipse
scilicet*

scilicet pascat subditos exemplo,
verbo, & charitatiuo subsidio. Et
ad exemplum sit necessaria mundi-
tia vita. Ad verbum, scientia: & ad
subsidium charitatiū, peritia pro-
uidentia. Dum vita munditia defi-
cit in statu prælationis, grauiter ec-
clysī patitur ^{pro 8.} tertia pars solis. Et
ex illa percussione superiorum, gra-
uis sequitur percussio subditorum;
sicut legitur in Apoc. Et percussa est
²⁰ *tertia pars Solis, & tertia pars lune,*
& tertia pars stellarum: ita ut obscu-
raretur ^{31.} tertia pars eorum. Et quid se-
quatur de solis percussione, & dura
ipsius obtenebratione, legitur in Io-
hele. *Sol conuertetur in tenebras,* id ^{Joel 2.}
est, ostendetur exempli obscuritas
in Prælatis. *Et luna in sanguinem,* id
est, peccati fæditas in subditis, A-
scendit autem fumus teterimus ad
solem prælationis, obscurans eum
de inferioribus & profundis, pro-
cedens de puteo fluxibilitatis car-

K 3 naliūm

naliū desideriorū, & voluptatū, post casum, qui est de virtutib⁹, ad vitiorū statum; sicut legitur in Apoc. *Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram.* Vsq; ibi: *Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornaci magnæ, & obscuratus est Sol, & aër defumo putei.* Quando verò Abbatem contingit descendere à mentis puritate, & defectum pati in exempli claritate, studeat nubilum exempli boni impediens remouere, fulgorē puritatis ascendere, & charitatis recuperare ardorem. Nam operante diuinâ gratiâ, posset adhuc consummare debita Deo sacrificia. Et qui prius fuit nubilosus per suos defectus, posset fieri luminosus, & Deo acceptus. Et tunc eidem posset conuenire quod legitur in lib. Machab.
 2. Mach. Tempus affuit, quo Sol reflxit, quia prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

Item

Item, qui habet præesse, ipsâ ¹⁴
nominis conuenientiâ dici propriè ^{Pater,}
& esse debet Abbas; sicut Beatus
Benedictus ait: *Christi enim vices cap. 20*
in Monasterio agere creditur, quan- ^{Rom. 8.}
do ipsum vocatur prænomine: dicen-
te Apostolo: *Accipistu Spiritum ado-*
ptionis filiorum, in quo clamamus,
Abba Pater. Paternitas autem Ab-
batis ostenditur in affectione amo-
ris; ut dicit filius in Ioan. *Ipse enim* ^{Ioan. 15.}
pater amat vos. Item in Ioan. *Pa-* ^{27.}
ter amat filium suum Item, idem ^{Ioan. 3.}
pater dicit in Mattheo: *Hic est fi-* ^{35.} _{Matt. 3.}
lius meus dilectus, in quo mihi compla- ^{17.}
cui. Pater enim debet moueri per
filij dilectionem, ad omnem filij af-
flictionem, ei tamquam filio proui-
dendo, eiusq; defectus, in quantum
cum Deo potest, tolerando, sollici-
teq; supplendo, exemplo S. Iob di-
centis: *Oculus fui cæco, & pes claudio.* ^{Iob. 29.}
Pater pauperum erā, & causam quam ^{15.}
nechiebam, diligenter inuestigabam.

K 4 Bene-

224 SPECVLI D. BERNARDI

Beneficia autem, & benedictiones Abbatum, ad multa bona confirmant animos subditorum. Et magna gloria est subditis, honor & bonitas Abbatis; sicut Eccles. dicit: *Benedictio patrii firmat domas: id est, animos & conscientias, filiorum.* Et post pauca: *Gloria enim hominis ex honore patrii sui.* Veruntamen, sicut pater bonus est filij gloria ita malus Abbas, & ipsius turpis vita, est subitorum ignominia; sicut in Eccles. dicitur: *Ne glorieris in consuete ipsis patris tui.* Non enim est tibi gloria, sed confusio. Ignominiae ergo Prælati, monachos abominabiles reddunt. Et præter alia mala quæ ipsis proueniunt, Monasterij hæreditas dissipatur: & ipsis datur in opprobrium, si querulosi sunt de Abate impio. Non est enim mirum quod legitur in Eccl. *Ei' iij abominationum, sunt filii peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum,*

*Eccles. 3.
ii.*

*Eccles. 3.
12.*

*Eccles. 4.
3.*

rum. Filiorum peccatorum peribit hereditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij. De patre, etiam, impio conqueruntur filij: quoniam propter illum sunt in opprobrio. Sæpe namque rememoratur Monachus peccatum, seu infamiam mali patris, ut legitur in Isa. *Pater tuus primus peccauit,* & *Isa. 4.30* *interpretes tui prævaricati sunt in me.* Et in corde illud ex Trenis possunt subditi gemendo dicere: *Pupilli sa- Threni* *cti sumus absq; patre.* Nec est Abba- *s. 30* *ti modicum periculum, dando sub-* *ditis mortis exemplum. Nam dum* ipse agit mala opera, dat exemplum subditis faciendi similia, vel peiora; sicut legitur in Ioan. *Quæ- Ioan. 58* *cunq; pater fecerit, hec & filius simili- 19.* *ter facit.* Ipse non debet vocari pa- ter, sed filiorū potius parcidia, qui mittit ad filios mortis exempla. De quo legitur in Matth. *Tradet frater Matth.* *fratrem in mortem, & pater filium.* *10.21.* Sed nota quod licet sit studendum

K. 5 patri.

216 SPECULI D. BERNARDI

patti, ut filius habeat viscera pater-
na, non tamen eius affectio debet
esse fatua. Non enim est filius sem-
per osculandus, sed frequenter ver-
beribus castigandus. Quia & ipsa
pœna castigationis, est indicativa
paternæ affectionis. Habet enim
castigationem religiosus amor, &
plagam dulcedine plenam. Vnde
Beatus Ambrosius dicit: Non oscu-
latur semper pater filium, sed ali-
quando castigat. Quando ergo ca-
stigatur qui diligitur, tunc circa eum
pietas exercetur. Habet enim a-
mor plagas suas, quæ dulciores sunt
cum amarissimè inferuntur. Dul-
cior est enim religiosa castigatio,
quam blanda remissio.

114. **Pastor:** Habet Abbas præterea Pastoris
officium: ut non solum suavitatiā
pro sustentatione Monachorū tri-
buat, sed etiam ipsam animam pro
eis tempore persecutionis exponat;
iuxta verbum Saluatoris in Ioann.

Bonus

Bonius Pastor animam suam dat pro 8-^{van.10}
uibus suis. Talis pastor datur à Deo ii.
propriè, sicut in Ezechiele: *Suscita- Ezechie-
bo super eas pastorem unum, qui pascet 34. 23.*
*eas, seruum meum David, ipse pascet
eas, & ipse erit ei in pastorem. Cano-
nicus enim ingressus, est boni pa-
storis indicatiuus. Nam non per o-
stium, sed aliundè intrantes, non
sunt Pastores, sed fures potius & la-
trones; sicut ait Dominus in Ioan.*

*Qui non intrat per ostium in ouile q-^{Ioan.18.}
uium, sed ascendit aliundè, ille fur est,
& latro. Qui autem intrat per ostium,
pastor est ouium. Ioannem lege, ibi
inuenies signa boni pastoris, signa
furi & latronis, signa mercenarij
gregem persecutionis tempore de-
serentis. Sed attendendum, quod
bonus Pastor debet præcedere per
conuersationem, & oves sequi per
imitationem continuam; ut ibidem
in Ioan. legitur: *Cum proprias oves e-^{ibidem}
misericordia, ante eas vadit: & oves illum**

SCHINNO

K 6 sequun-

228 SPECULI D. BERNARDI

sequuntur, quia sciunt vocem eius. Verum meritò super Pastores, sicut legitur in Zach. irascitur Deus: quoniam peccatis exigentibus, multi sunt hodie qui vocantur Prælati vel Abbates, qui sunt quedam simula-
cra, non Pastores. Non enim faciunt debitas visitationes, nec salubriter requirunt temporalium & spiritualium dispersiones. Dati sunt ad sua desideria facienda, & bona omnia dissoluenda. Non habent verbi & vitæ veritatem, lupis infernalibus commissum exponunt gregem suum. Per hypocrisim sunt Pastori similes: Sed sunt idolum, vitæ animam non habentes. De his potest intelligi, quod legitur in Zachar. *Sume tibi vas Pastorū stulti: quia ecce ego suscitabo, supple permissiue, pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non queret, & contritum non saluabit.* Et id quod stat non exutriet, & carnes pin-
guum

Zach.
io. 3.Zach.
ii. 15.

guium comedet, & unguis eorum dis-
soluet. O pastor, & idolum, derelin-
quens gregem? Utinam timeas, ne
domus eius opera inutilia reddat.
Nam s̄epe & rationem eius infan-
tuat, ut sibi, quod post prædicta se-
quitur, conueniat: Gladius super
brachium eius, & super oculum dextrū
eius; Brachium eius ariditate siccabi-
tur, & oculus dexter eius tenebrescens
obscurabitur.

Is etiam qui assumitur in Abba-
tem, non solum debet se exhibere
Patrem & pastorem, sed conuenit
eum esse Doctorem; sicut dicit Bea-
tus Benedictus: Oportet ergo eum es-
se doctum lege diuina, ut sciat & sit
unde proferat noua & vetera. Et idē:
Cum ergo aliquis suscipit nomen Abba-
tū, duplii debet doctrinā suā præesse
discipulis, id est; omnia bona & sancta
factū amplius quam verbis ostendere:
ut capacibus discipulis, mandata Do-
mini verbū proponat: durū vero corde

IV.
Doctor.

Cap. 64

Cap. 65

230 SPECVLI D. BERNARDI

¶ simpliciorib[us] sacrū sūmū diuinā p[re]ce
cepta demonstrat. Omnia verò quae
discipulus docuerit esse contraria, in sui
factū indicet non agenda. Huic sen-
tentiae conuenit quod Hormisda
Papa scribens dicit: Irreprehensi-
biles enim esse conuenit, quos p[re]p[arare]
esse necesse est corrigeandis. Longa
debet vitam suam probatione mo-
strarē cui gubernacula committun-
tur ecclesiæ. Præterea oportet quod
Prælatus recta doceat, & alios re-
prehendendo, se ipsum audiat, iu-
uet opere, quod ædificat in sermo-
ne. Nam aliás confundit, non ædifi-
cat, nec proficit, & loquendi perdit
auctoritatē. De his omnibus possunt
intelligi auctoritates subsequentes,
contra Doctores verbum opere de-
struentes. Beatus enim Greg. dicit:
Loquendi auctoritas perditur, si o-
pere non iuuatur. Et Atig. Non o-
bedienter auditur, qui seipsum non
audit. Et Hier. Non confundant o-
pera

pera tua sermonem tuū. Ceterum quia oportet eum esse doctorem & doctū, necesse est q̄ ducatum, quem ipse pr̄ebere debet per scientiā, non ignoret; & ideo antequā assumeret pr̄lationē, debuit habere scientiā competentem. Est enim ignoratiā execrabilis in Monacho, dummodo inueniat quod adiicere valeat: multo fortius in Pr̄lato, cum eū necessario pr̄dicare oporteat. De his dicit B. Aug. Ille ignorās potest excusari à poena, qui q̄ disceret, non inuenit. ILLIS autē hoc ignosci non poterit, qui habentes à quo discerent, operā non dederunt. Postquam etiam Abbas est ordinatus, debet in quantum potest, lectioni esse attēto. Vnde Apost. ad Tim. Attende lectioni, & exhortationi doctrina, & semper mane in his. Ignorantia namque pr̄latorum, mater est errorū. Vnde legitur in Concilio Tolet.

Ignor-

1. Tim. 4.

Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui officium docendi in populo Dei sumpserunt. Et post pauca: Sciant autem Sacerdotes Scripturas sanctas & Canones, & omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. Sed debet notare, quod docens sacram Scripturam non debet intellectum tantum recipere à se ipso, sed debet prius sacram Scripturam audiuisse à magistro: Ea scilicet ratione, ut Scriptura non solum secundum suum proprium ingenii exponatur, sed iuxta proprium sensum ab auditoribus intelligatur. Vnde per Clementem Papam dicitur: Lex Dei cum legitur, non secundum proprij ingenij virtutem, sed secundū suam intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim verba multa in

in Scripturis diuinis, quæ possunt
trahi ad eum sensum quem sibi v-
nusquisque sponte præsumit, sed
non oportet. Non enim sensum
extrinsecus alienum & extraneum
debetis querere, ut quoquo modo
ipsum Scripturarū autoritate con-
firmetis: Sed ex ipsis Scripturis sen-
sum veritatis oportet capere. Et
ideo oportet ab eo scientiam disce-
re Scripturarum, qui eam à maio-
ribus secundum veritatem sibi tra-
ditam seruat, ut & ipse possit eam,
quam recte suscepit, competenter
asserere. Vnde Hieronym. ad Ru-
sticum: Sic viue in Monasterio, vt
clericus effici merearis, multo tem-
pore disce, quæ postmodū doceas.
Idem eidem: Non prius miles sis,
quam tyro, nec prius magister, quam
discipulus; & post aliqua: Nec ipse
te doceas, & absque doctore ingre-
diaris viam quam nūquam ingress-
sus es. Inconueniens enim est &
damno-

234. SPECULI D. BERNARDI

damnosum, quod tunc oporteat
Abbatem rudem esse discipulum;
quando ipsum est necessarium esse
magistrum. Talis igitur debet esse in
prælatum assumptus, qui semper sit
ad docendum paratus: nec tunc in-
cipiat discere, quando oportet do-
cere. Vnde magister Gratianus:
Hinc etiam vester quibus arca por-
tabatur, iugiter annulis erant inser-
ti, ut cum arca esset portanda, nul-
la fieret mora de introducendis ve-
stibus; quia prædicatores, per quos
circumfertur, litteris sacris semper
debent insisterē, ne tunc querant
discere, cum alios ex officio debent
docere.

Notabis igitur, & colliges ex præ-
missis, quod prælatus debet habere
competentem scientiam, antequā
verbum Dei alijs prædicet. Sed de-
bet habere nihilominus sanctā vitā,
per quam subditorum vita exem-
plis informetur. Et conscientia bo-
na,

na, est necessaria propter ipsum: fama verò sancta, est necessaria propter subditum; sicut dicit Beatus August. Nolo ut aliquis ex vobis inueniat malè viuendi occasionem. *Providemus enim bona, ut ait Apostolus, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Propternos Conscientia nostra nobis necessaria est: propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in nobis. Duæ res sunt conscientia & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Est igitur discipulis prælati vita ad bonum, & ad malum quædam magistra; & quod à prælatis agitur, facile trahitur à subditis in exemplum. Et propterea memoria est commendandum, illud B. Greg. terribile verbū: Prælati, inquit, tot mortibus digni sunt, quot perditionis exempla ad subditos transmittunt. Consideret igitur Abbas suos ædificatiuos mores ostendere in publico, & carnis desideria
repi-

2. Cor. 8.
21.

236 SPECVLI D. BERNARDI

reprimere in occulto , ne sit reprehensibilis in eo quod prædicat. Instructionem recipiens saltem à gallo, & si eam recipere distulit, à Pau-

1 Cor. 9. lo dicente: *Castigo corpus meum, &*
27. *in seruitutem redigo: ne forte cum alijs
 prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*
 Gallus enim sese prius alis verberat, demum cantat. Et secundum
Cap. 2. B. Patris nostri doctrinam, *cum de
 monitionibus suis alijs emendationem
 subministrat, ipse efficitur à vitj e-
 mendatus.*

In primæ partis particula est ostensus reprehensibilis boni exempli defectus, sed nec minus reprehensibilis in hâc secunda ostenditur de vitæ correctione defectus.

Et nota, quod circa correctionē debet adhibere prælatus summam discretionem: ut liberando culpā, liberet pariter & naturā, iustitiam teneat, & misericordiam non relinquit. Staterā namque quam debet

bet in manu gestare, debet vtrumque diligenter pensare. Hinc beatus Gregorius ait: Omnis qui iustè iudicat stateram in manu gestat, in utroq; penso iustitiam & misericordiam portat. Sed per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam: in iusto libramine quædam per aquitatem corrigat, quædam per misericordiam indulget. Hinc beatus Augustinus ait: Duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, non utique frustra dicuntur; quia peccator est, corripe, & quia homo est, miserere. Nec omnino liberabis hominem, nisi persecutus fueris peccatorem. Item: Ita nulli hominum claudenda est misericordia, sicut nulli peccatori impunitas relaxanda.

Verum quamvis discretionem dicam in correptionibus habendā, non tamen ipsam correctionem iudico

238 SPECVLI D. BERNARDI

dico deserendam. Nec circa hæc,
quæ præmisi, modicum valet & fa-
cit. quod B. P. noster discretissimus
de Abbe, ac eius discreta corre-
tione scripsit. Inquiens: *Semper suā*

Cap. 64. *perexalter misericordiam iudicio, ut*
& idem ipse cōsequatur. Oderit vitia,
diligat fratres. In ipsa autem correctio-
ne prudenter agat, & ne quid nū min-
ne, dum nimis cupit eradere æuginem,
frangatur vas. In quibus non dicimus,
ut permittat nutriti vitia, sed pru-
denter & cum charitate ea amputet,
prout cuique viderit expedire. Item:

Cap. 2. *Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox ut cōaperint oriri, ra-*
dicitus ea, ut prœualeat, amputet,
memor periculi Heli Sacerdotiū de
Sylo.

Attendendum sane est, ne quando aliquid districius agitur; ultio sit non ex motu furoris, sed castigatio procedens ex zelo charitatis; sicut dicit Greg. Necesse est ut quidam
caib. damnis,

damnis, quidam verò verberibus
corrigantur: & cū paulò districtius
agitur, ex charitate agendum est, &
non ex furore: quia ipsi hoc præsta-
tur qui corrigitur, ne gehennæ i-
gnibus tradatur. Propter hoc autem,
intelligo charitatem & misericor-
diam esse debere nō minus, remis-
sant, sed prudentē potius, & discre-
tam. Nam vnius fatua liberatio, pos-
set esse multorum perditio. Vnde
B. Ambr. Est iniusta misericordia.
Deniq; in lege scriptum est de quo-
dā: Non miserearis illius: Et iterū
vñq; ibi: Nonne innocentem tradit
exitio, qui liberat multorum exitia
cogitatem? & infra. Facilitas enim
venie, incentiuū tribuit delinquē-
di. Item decretū dicit: Ferro necesse
est ut abscindantur vulnera, quæ fo-
mentorum nō sentiunt medicinam.
Qui enim parcit indiscretè yni fla-
gitioso, multoruū interitus, & cōta-
minationis est occasio. Vnde Hier.
eiusdem.

Quæ

Quæ est ista misericordia? quæ ista
bonitas? vni parcere, & omnes in
discrimen inducere? Polluitur e-
niam ex uno peccatore populus: nā
sicut ex vna ova morbida totus grex
inficitur, sic etiam uno fornican-
te, vel aliud scelus quodcunque
committente, plebs vniuersa pol-
luitur.

Verum Abbas quandoque di-
mittit corrigere delinquentes, quia
pigritiæ deditus, negligit vigilare.
Et quia vitiosus, scit se reprehensi-
biliter viuere. Et quia nimis vitio-
sis humanus, eos, cum potuit, omi-
nit punire. Et quia terrenis nimis at-
tentus, scandalum timuit incurrire.
Et quia nimis tacitus, malis, quæ
permisit invalescere, bene nequit
occurrere.

Circa primum notandum, quod
pigritiæ somnus est in prælato dam-
nabilis, & damnosus. Nam eo dor-
miente, venti tentationum in Mo-
300nasterio

nasterio fratribus non desunt, dæmones portas aperiunt, malum semen in mentibus ponunt: materialam clausuræ materialis vel spirituallis dirimunt. Et monachi pestilentiales morbos incurruunt: Quia non desunt venti temptationum. Est enim Abbatii sollicitè vigilandum, & inualescente procella orandum, & Domino illud Matth. dicendum: *Domine salua nos, perimus.* Matth. 8, 26.
 Ne fortè si inualuerit in eo negligentia torpor, sit sicut ille sopitus gubernator, cui dicitur in proverb. *Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amissio clavo.* Proverb. 23, 34.
 Necesse enim est populum corrue-re, vbi constat gubernatorem dormiendo non esse. In Proverb. *Vbi non est gubernator, populus corruet.* Proverb. 11, 14.
 Ideo prælatus somno deditus reprehenditur, & illud Marci ei à domino dicitur: *Simon dormis?* Dæmones etiam portas aperiunt, cum 14. 37.

L iani-

242 SPECULI D. BERNARDE

ianitorem , scilicet Abbatem , per
 negligentiam sciunt dormire : cui
 dominus vigilias indicit ; ipse enim
 in Marco dicit : *Dedit potestatē seruis*
suis cuiusq; operis , & ianitori praecepit
ut vigilet. Si etiam dæmones Ab-
 batem dormire sentiant , malum se-
 men in mentibus monachorum
 dormientium seminant , ut legitur
 in Matth. *Cum dormirent homines ,*
venit inimicus & superseminauit Zi-
zania in medio tritici , & abiit. Ma-
 teria etiam destruitur clausuræ spi-
 ritualis , nonnunquam etiam rum-
 pitur & materialis ; ut legitur in
 Prouer. 24. 30. Prouerb. *Per agrum pigri homini transiui , & per vineam viri stulti , &*
ecce totum repleuerant vrtice , & ope-
tuerant superficiem eius spinae , & ma-
ceria lapidum destructa erat. Præte-
 rea parati sunt morbi pestilentiales ,
 corruptentes humores spiritua-
 les. Et ideo dicit quidam sapiens.
 Tantum habet prælatus negotij ,
 quan-

Marci
 13. 34.

Matth.
 13. 25.

Prouer.
 24. 30.

quantum medicus in pestilentia. Et
in Apoc. prælato dicitur: *Esto vi-* *Apoc.*
gilans & confirma cetera, quæ mori- 3. 2.
tura erant.

Secundò prælatus quandoq; re-
prehendere omittit: quia non irre-
prehensibiliter vivit; sicut Beatus
Bernardus dicit: Nemo fideliter
reprehendit, in quo se esse irrepre-
hensibilem, non confidit. Timet
non peccantes reprehendere, ne
illud Euangelicum sibi dicant infa-
ciem. *Hypocrita, ejce primum tra-* *Matthæ*
bem de oculo tuo. Neq; enim potest 7. 5.
esse sanum verbum & irreprehen-
sibile, nisi sit grauitas in corpore, &
integritas in mente, bonum exem-
plum in opere. Ad hoc enim Ti-
tus instruitur, cum sibi per Aposto-
lum scribentem dicitur: *In omnibus Titii 2.7.*
te ipsum præbe exemplum bonorum o-
perum, in doctrina, in integritate, in
grauitate, in verbo sano & irreprehensi-
bili. Idcirco ut Abbatis sit lana præ-

L 2 dicatio,

244 SPECULI D. BERNARDI

Ioan. 8.
7.

dicatio, necessaria est in eo interior purgatio, & tunc demum potest esse sana aliorum correctio. De his Beatus Gregorius ait: Reuocentur sintus itaque ad conscientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Et idem super illo verbo, *Iesus inclinans se deorsum dígito scribebat in terra*, dicit: Cum cuiuslibet proximorum errata conspicimus, non hæc antea reprehendendo iudicemus, quā ad conscientiam nostram humiliter reuersi, dígito eam discretionis solerter exculpemus; & quid in ea conditori placeat siue displiceat, examinatio ne dirimamus.

Tertiò, prælatus nimis vitiosis humanus, falsam sibi curialitatem assumit, & vt ei non displiceat, delinquentium culpas ferire omittit. Iste non est delinquentis fidelis amicus, sed crudelissimus inimicus. Nec debet iudicari malevolus, quia corrigit,

corrigit, imò debet reputari aduersarius, quia vulnus non secando, putrescere derelinquit. Vnde Beatus Augustinus dicit: Non vos iudicetis maleuolos, quoniam crimē alterius indicatis: magis quippe nocentes non estis iudicando crimen, quam si fratres vestros, quos iudicando corrigerem potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod vult occultari, dum timet secari, nonne à te crudeliter silleretur, & misericorditer iudicaretur? Quanto ergo debet potius manifestare, ne deterius putrescat in corpore. Item Augustinus: Melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere, &c. Usque ibi. Et qui phreneticum ligat, & qui letargicum excitat, ambobus molestus existit, & tamen ambos amat. Prælatus vero qui non habet veram charitatē, & prætendit ad subditum falsam

L 3 huma-

246 SPECULI D. BERNARDI

humanitatem, si quandoq; ipsum
arguit, tepidè reprehendit; sicut in
lib. Regum legitur de Heli: qui di-
cebat filijs suis: *Quare faciū res hu-*
iuscēmodi quā ego audīo? Et quod ei
accidit & filijs, terribile est subditis,
& horribile ipsorum prælatis.

1. Reg. 2.
23.

Genes. 4,

14.

Quartò, qui terrena diligit, sub-
ditos non corrigit, scandalum ti-
mens incurrere, vel possessiones a-
mittere, caput tremulum cū Cain
noscitur habere, id est, in mēte tre-
pidare propter possessiones ne ab
eis abiiciatur, vel etiam ne corpo-
raliter affligatur. Et ideo cum Cain
prædictus dum trepidat, in suo cor-
de tremulo semper clamāt illud
Ecce eūcīs me hodie à facie
terræ, & à facie tua abscondar, & ero
vagus & profugus in terra; Omnis igi-
tur qui inuenerit me occider me. Ipse
verò fraticida pessimus, qui debe-
ret esse fratris custos fidelissimus, de
peccatis fratris interrogatus, re-
spon-

spondendo illud Genes. videri
vult excusatus : *Num custos fratri
mei sum ego ? ipse dimittit corrigeret*
quia scandalum timet incurrere,
qui non deberet plus diligere pro-
ximum, quām Deum; nec magis ti-
mere scandalum , quām mortis
æternæ periculum.. Talis planta-
tio inordinati amoris , & vilissimi
timoris , à diabolo plantatur in cor-
de : & ideo non erigitur, sed eradi-
cari meretur ; sicut in Matth. dici-
tur *Sciū quia Pharisæi audito hoc ver-* Mat. 15.
bo scandalizati sunt ? Respondit & 12 & 13.
dixit eis : Omnis plantatio, quam non
plantauit pater meus cœlestis, eradica-
bitur; finite illos , cæci sunt, & duces
cæcorum.

Quintò , dimittit prælatus corri-
gere : quia permisit mala inuale-
scere, quibus nequit occurrere. De-
bet autem Abbas obuiare initijs, nec
radicem permettere crescere vitijs,
sicut ait B. P. Benedictus : *Mox ut cap. 23*

L 4 . ceperint

248 SPECULI D. BERNARDI

ceperint oriri vitia, ea, ut praeualeat,
radicis amputet. Sunt enim vitia
in ipso suo ortu dum nouella sunt,
ut non figant radices, non nutrien-
da, sed totis viribus extirpanda : si-
cūt primi motus sunt in principio
tenendi, & ad Christum allidendi,

Psalm.
136.9.

Vnde dicit Psal. *Beatus qui tenebit*
& *allidet paruulos suos ad petram.*
Vnde nota, quod non posset plenè
beatorum populus liberari, nisi
contingeret iniquorum paruulos,
& primigenitos primitus occidi, id
est, eorum vitia in eius exordio ex-
tirpari. Nam sicut legitur in Exod.

Exod.
12. 29.

Iraëliticus populus est in morte
primogenitorum à Pharaonis tyrá-
nide liberatus. Fas est etiam & ab
hoste doceri ; & ideo sicut Pharaon
præcepit occidi paruulos Hebreo-
rum, ita nos à nobis subditis debe-
mus euellere vitiorum initia : Ser-
pens enim ille callidus & antiquus,
sua lubricitate intrat de facili totus,

&

& ideo capite est tenendus, sicut dicit B. Hieron: Lubricus est antiquus serpens, & nisi capite teneatur, statim totus illabitur : Et ideo dicit poëta,

*Principijs obſta, ſerò medicina pa-
ratur,
Cum mala per longas inualuere mo-
ras.*

Extinguendus est enim ignis modicus in scintilla, ne magna virtutum incendatur sylua; sicut dicit B. Jacobus : *Modicus ignis, magnam fyl- Jacob.
uam incendit.* Et Eccles. A scintilla 3.3.
una augetur ignis. Debet etiam mul Eccl. 11.
tum attendere prælatus, ne non re- 34.
dargendo, & sic quodammodo
consentiendo, sit alienis vitijs occu-
patus, siue maculatus. Vnde dicit
Beatus August. Duobus modis non
te maculet malus, si consentias, & si
redarguas. Et post pauca: Neque
ergo cōsentientes sitis malis!, vt ap-

L 5 pro-

230 SPECULI D. BERNARDI
probetis, neque negligentes, ut non
arguatis.

Verum in correctionibus faci-
endis, & poenitentia infligendis, debet
Abbas delinquentes ducere per
Cap. 23. gradus, quos in capitulis de excom-
& 24. municatione culparum, & qualis
debeat esse modus excommunicationis, & quinque sequentibus ca-
pitulis, enumerat S. P. N. Benedi-
ctus: nisi sit materia furiosa & infir-
mitas adeo periculosa, quod sine
maximo damno non possit differ-
ri, ut oporteat ipso die mederi. Et
hoc habet locum in illis contagio-
sis vitijs, ubi non est opus fomentis,
sed insistendum est euacuationibus,
vel repentinis abscissionibus. Tunc
enim praे oculis habitus solo Deo,
Abbas debet uti concessu sibi arbit-
rio; sicut dicit B. P. Benedictus:
Cap. 24. Secundum modum culpe, & excom-
municationis, vel disciplina, debet ex-
tendi mensura. Qui culparum modus
in Abbatis pendeat iudicio. Se-

Sequitur de ultima particula pri-
mæ partis, scilicet de nimia tempo-
ralium solicitudine, & spiritualium
omissione.

Circa hæc considerari potest,
quod Abbas nimis sollicitus de tem-
poralibus, & nihil vel parum de
spiritualibus, meritò videtur esse
gibbosus, qui dum cælum respicere
nequit, terrena sola respicit, spiri-
tuala non attendit. Vnde B. Gre-
gorius dicit: Gibbosus est, quem
terrenæ solicitudinis pondus depri-
mit, ne alia vñquam respiciat, sed
solum his, quæ in insimis celantur,
intendat. Et post pauca: Quia co-
gitationis statum erigere non valet,
quem terrenæ solicitudinis usus cur-
uum tenet. Nos verò cum Deus sit
pars hereditatis nostre, de Deo
principaliter debemus curare. Vn-
de B. Ambrosius: Cui portio Deus
est, nihil debet curare nisi Deum.
Et post pauca. Quod enim ad alia

L 6 con-

392 SPECULI D. BERNARDI

confertur, hoc religionis cultui, atque huic officio nostro decerpitur. Et B. Hieronymus: Nihil minus securius est, quam propter nummum Deum contemnere.

Debet autem solicitude esse Abbatis, non tantum ut benè presit, sed ut benè prospicit. Vnde Apostolus. Rom. 12. Ius ad Romanos. Qui præest in sollicitudine. Idem: In sollicitudine non pigris. Illam tamen sollicitudinem debet excutere, quam de fallacia huius saeculi constat esse. Quod si fuerit in Abate, verbum Dei suffocat in mente eius, sibi parans afflictionis multiplicem luctum, & tam ei quam subditis modicum, vel penitus nullum fructum; ut dicit Salvator in Matth. 13. 22. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum DEI audit, & sollicitudo saeculi istius, & fallacia diuitiarum, suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Item in Luca: Luc. 8. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt, 14. qui

qui audierunt & à sollicitudinibus, &
dviuitjs, & voluptatibus vitæ, cantes,
suffocantur, & non referunt fructum.
Sollicitudo enim prælati est, vt non
sit merè & principaliter tempora-
lis ; & cum temporalia ei conce-
dantur ad vsum, sic eis vtatur, vt nō
cōsideret damnum transitoriū, sed
æternum; is enim temporalibus, &
mundanis debet vti, sed sollicitudi-
ne nimiā prohibetur abuti. Vnde
Apost. ad Corinth. Qui vtumur ^{1. Cor. 7.}
hoc mundo, tamquam non vtantur: 31.
præterit enim figura huius mundi. Velo
autem vos sine sollicitudine esse. Ideo-
que Abbas debet suam affectionem
à sollicitudine mundanorum excu-
tere, & orationi deuotè intendere;
ad quod Apostol. eum intendens
præparare, ad Philip. ait: Nihil so- Philip:
liciti sitis: sed in omni oratione, & ob- 4 6.
secratione, cum gratiarum actione,
petitiones vestræ innotescant apud
Deum.

L 7 Nimia

Nimia enim solicitude mundanorum est valde damnosa; quando est in mentibus prelatorum; ipsa enim prelatum affligit, quiescere non permittit, & quicquid cogitat, totum perit, & quod magis timuerat, hoc incurrit. De primo dicitur
Eccles. 2. in Ecclesiastic. Peccatori autem dedit
26. afflictionem. & curam superfluam: ut addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo: Sed & hoc vanitas est, & cassa solicitude mentis. De secundo
Jerem. in Ierem. Prae solicitudine quiescere non potuit. De tertio in Prover. Exspectatio solicitorum peribit. De quarto in Ierem. Gladius, quem vos formidatus, ibi comprehendet vos, & famas pro qua solliciti estis, adhaerebit vobis. Ideoque à nobis debemus nimias solicitudines temporaliū executere, & in Deum projcere; sicut
1. Pet. 5. dicit B. Pet. Omnem sollicitudinem vestram projcientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis,

In

In quantum enim possumus,
temporalia per vicarios dispense-
mus, & in his quæ Dei sunt, per nos
ipsos pro viribus intendamus: illa
enim agenda sunt per vicarios, ista
autem per nos ipsos. Et ne consu-
mamur stulto labore, vt amur si vn-
quam possumus Iethro consilio,
quod Moysi in Exodo dedit,
quando sibi dixit: *Non bonam rem Exodi
facis, stulto labore consumeris.* & tu, 18.18.
& populus iste qui tecum es: ultra vi-
res tuas es negotium, solus illud non
poteris sustinere; sed audi verba mea
atq; consilia, & erit Deus tecum. Esto
tu populo in his quæ ad Deum pertinet,
ut referas quæ dicuntur ad eum, osten-
dasq; populo cæmonias & ritum co-
lendi, viamq; per quam ingredi debeat,
& opus quod facere debeant. Prouide
autem de omni plebe, viros potentes,
timentes Deum, in quibus sit veritas,
& qui oderint auaritiam. Et constitue
ex his tribunos, & centuriones, &
quin-

256 SPECVLI D. BERNARDI

quinquagenarios, & decanos, qui
iudicent populum omni tempore. Et
post pauca. Leuius q[ui] tibi sit partito in
alios onere.

CAPITVLVM II.

IN QVO PRÆLA- TI NEGIGENTIAM, PROVIDENDI CON- uentui necessaria, de- testatur.



INTER cæteras nam-
que solitudines, quæ
Abbati debent incū-
bere, debet esse non
minima fratribus suis in necessario
prouidere. Nam cùm ipsi Domino
seruientes, sint pondus & æstus
por-

portantes, & vt boues assiduè tritura-
entes, durum est eos fame affligi,
& vt necessaria non habeant, ora
claudi: & quibus imponuntur Regu-
la onera, & adhibentur disciplina-
rum flagella, non debent esse dete-
rioris conditionis, quam serui, as-
ni, iumenta: de quibus dicitur in
Eccles. *Cibaria, & virga, & onus* *Eccel. 33.*
asino: panis, & disciplina, & opus ser- *25.*
uo. Est enim magnum quoddam
homicidium, subtrahere taliter la-
boranti panem necessarium; sicut
dicitur in Ecclesiast. *Qui auferit in* *Eccel. 34*
sudore panem, quasi qui occidit proxi- *26.*
mum suum. Cùm igitur B. P. Bene-
dictus ad tantam perfectionem Re-
gulam deduxerit quod nihil Mo-
nachus proprij habere possit; Et ad *cap. 33*
tantam paupertatem deduxerit e-
um, quod non licet sibi habere gra-
phium, nec voluntatem in sua po-
testate, nec corpus proprium, lon-
gè ab amore paterno, à quo Mo-
nachus

258 SPECVLI D. BERNARDI

chus omnia sperare debet, vniuersa pro D E O dimitenti necessaria non ministrare. Ipsam autem paupertatem, & Regule perfectionem, idem Pater sanctus ostendit dicens: *Præcipue hoc vitium radicis amputetur de Monasterio, ne quis presumat aliquid dare, aut accipere sine iussione Abbatis: neq; aliquid habere proprium, nullam rem omnino, neq; codicem, neq; tabulas, neq; graphium, sed nihil omnino.* Quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia verò necessaria à patre monasterij sperare &c.

*Necessaria ministranda.
Abundanter.*

Debet autem subditis necessaria ministrare abundanter, hilariter, æqualiter, & prudenter.

Circa primum verò notandum, quod in Claustralibus propter continuum laborem, quem sustinent in seruitio Christi, multum abundantat passio I E S V Christi, cuius & mem-

membra sunt ipsi. Et ideo præcipue circa tales debent abundare prælati, consolationibus ; Et ut ipsi possint liberiūs ad superna elevari, debet spes per præsentium subsidia roborari ; sicque potest, quod dicit Apostolus ad Corinth. assumi : *Sicut abundat passiones Christi in vobis, sic abundet in vobis consolatio vestra.* Et post pauca : *Vt spes vestra firma sit in vobis, scientes quod sicut socii estis passionum, ita & consolationum eritis.* Debet enim ad subditos habere largas manus, ut iuxta Gregorium, necessitatem patientibus occurrat, alienam inopiam suam credat ; Quod si hoc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet. Abundans namque, & habens Abbas etiam modica, debet dare affluenter, liberaliter, & libenter. Super his quem amabat Tobias filium informabat dicens : *Si multum Tob. 4.9 fuerit tibi, abundantier tribue ; si exiguum*

guum fuerit , etiam exiguum libenter
impartiri stude. Procurantes enim
in domo Domini ciborum largita-
tem , benedictionem promerentur
a Deo , & bonorum multiplicatio-
nem , sicut legitur in Malach,
Malach. *cibus in domo mea, & probate me super*
3 10. hoc, dicit Dominus : si non aperuero
vobis cataractas cali, & effudero
vobis benedictionem usque ad abun-
dantiam.

Item debet ministrare fratribus
hilariter ; de hoc dicit B. Benedi-
Cap. 31. tius de Cellerario: Fratribus consti-
tutam annonam sine aliquo typo
vel mora afferat , vt non scandali-
zentur. Idem , cui substantia non
est quæ tribuatur , sermo responsio-
nis porrigitur bonus ; Quia scriptū
est : Sermo bonus super datum op-
timum . Nec solùm hilaritatem
voluit habere in dando , sed etiam
humilitatem in petenti irrationali-
biliter denegando. Cùm enim
dixisset;

dixisset; Fratres non contristet, subiungit : Si quis frater ab eo aliqua irrationaliter petierit, cum humilitate male petenti deneget. Nec solum debet dare liberaliter, sed hilariter; unde Apostol. *Hilarem 2. Coro enim datorem diligit DEVS.* Et Eccl. 9. 7. clesiaistic. *In omni dato hilarem fac Eccl. 35. vultum tuum.* Debet etiam dare ^{ii.} celeriter; unde in Proverbijs. *Ne proverbericas amico tuo, vade & reuertere, 3. 28.* & eras dabo tibi, cum statim possis dare.

Debet etiam ministrare & qualiter, ut sit in eis omnis communio, & nulla personarum acceptio. Nec enim debet esse, ut illi, qui sunt extra, habeant abundantem, & illi, qui sunt intus, egeant inhumaniter. Nam quod & equalis sit communio, habet lex, quam David in libro Regum statuit dicens : *& qua 1. Rego enim pars erit descendens ad prælium, 30. 24. & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident*

divident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & prænitum, & quasi lex in Israel. Illi enim, qui exeunt ad ministracionem, seu terrena agenda, ad quietem, & necessaria intrinsecis procuranda descendunt, de quiete Contemplatione, ad prælium Actiuæ. Illi autem, qui remanserunt in clauistro, sunt quasi custodes sarcinarum in dæli Mariæ otio. Itis & illis prouideat Superior, non ut unus ebrius sit, &

1 Cor. ii. 21. alius esuriat. Nam tales Apostolus ad Corinth, condemnat. Omnia enim debent esse communia, si sunt dispensatores verè sancti, sicut in illa congregacione, in qua fuerunt rectores Apostoli, sicut legitur in Actibus Apostolorum: *Multitudinu cred:ntium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illi omnia communia.* Et post pauca: *Neg: enim quisquam e- gens*

.

Act. 4: 32.

gens erat inter illos. Sed hæc, prōh dolor, non est hodie in omnibus monasterijs, dantibus occasionem malis administratoribus prælatis. Vnde cùm appellatus fuisset quidam frater, respondit notabiliter: *Nos sumus quidem fratres sed scutellæ non sunt sorores.* Audiui etiam dixisse quendam monachum de quadam re: *Hoc est meum: & à quodam de ministratoribus est responsum.*

Nihil proprium: procul hoc viciū: communia queq;. Sed replicatum est per alium.

Sic loquimur, sed non fruimur com- munib; æquè.

Videtur autē his singularitatibus dare occasiones; q; fatuè multiplicam⁹ procuratores. Nam cū in congregatiōne, cuius Saluator fuit abbas, nō nisi vnicus dispensator extiterit, & ille vnicus etiam latro fuerit: nos ē contrario multiplicamus dispensatores, immo verius dissipatores.

Et

264 SPECULI D. BERNARDI

Et quanto ponimus plures , tanto multiplicamus latrones. Ipsi n. sibi preciosiora volunt retinere , & vix viliora fratribus ministrare. Hoc autem faciendo regem Sodomorum sequuntur , imitando qui in Genesi Abræ dicit: *Da mihi animas , cætera tolle tibi.* Porro licet dictum sit, quod omnes debent recipere æ qualiter , dico tamen id debere fieri prudenter , sicut dicit pius Magister noster ; *Diuidebatur singulis pro ut cuique opus erat.* Vbi non dicimus (quod absit) ut personarum sit acceptio sed infirmitatum consideratio. &c. Ipse enim Abbas magis debet ad fratrum infirmitates , qm ad inuidorum pessimas voluntates respicere. Vnde idem B. P. N. dixit:

Cap. 55. Ita & Abbas consideret infirmitates indigentium , non malam voluntatem inuidentium. Eset quippe indiscretum omnia dare vni , sicut impium dare nulli. Liberalitas dispensatoris

toris debet habere discretionē tam rerum, quam personarum. Vnde dicit Beatus Gregorius: In ipsa autem liberalitate modus est adhibendus rerum & personarum: Rerum, ut non omnia vni, sed singulis quædam prætentur ut plurimis: Personarum, ut primū iustis, deinde peccatoribus. Et Beatus Ambrosius discretam liberalitatem commendans, ait: Perfecta liberalitas fide, causā, loco, & tempore commendatur. Item pulchra liberalitas est, in ipso quoque dato pauperis mensuram tenere, ut abundes pluribus, nec consequendi fauoris gratiā ultra modum fluere. Usq; ibi, Sacerdotibus hoc conuenit. Et infra sequitur: Impensas misericordiæ frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non superfluas, sed competentes.

Suadeo igitur Abbatī non esse in *Nobile prouidendo Conuentui negligens* *confitem*, *liuus*

M

tem, liuus

266 SPECULI D. BERNARDI

tem, sed diligentem: non auarum,
sed largum, hilarem, ac benignum
cum discretione, & aequalitate de-
bita dividetem, ut inter seruos Dei
nullus sit egens in necessarijs. Am-
putetur etiam in superfluis, quod est
nimis. Eligat fideles procuratores;
non nutriat pro posse latrones: fra-
tres vitent murmurationem.

Dispensatores, murmurant
di non praebant occa-
sionem.



CAPIT

CAPITVLUM III.

IN QVO NEGЛИ-
GENTIAM PRÆLÄ-
TI INFIRMIS, PAVPE-
ribus, & hospitibus pro-
uidendi damnat.


AN E circa infirmos
debet etiam esse ma-
xima sollicitudo Ab-
bati; quod potest col-
ligi ex verbis P. N.
Benedicti; & hæc tam ex illis quæ
incumbunt Abbati mediatè, quam
ex illis quæ incumbunt immediate.
De his enim quæ imediately incum-
bunt, cum Beatus P. dixisset: *Infir-* Cap. 36.
morū cura ante omnia, & super omnia
adhibenda est, ut sicut reuera Christo,

M a ita

268 SPECULI D. BERNARDI

ita eū seruatur, quia ipse dixit: Infir-
mus fui, & visitasti me, &c. vſq; ibi:
Quia de talibus copiosior merces acqui-
ritur, ſubiungit: Ergo cura maxima fit
Abbatii, ne aliquam negligentiam pa-
tiatur. De his etiam quæ mediate
ad eum pertinere poſſunt, idem

Videm.

Pater ait: Cura maxima fit Abbatii,
ne à Cellararijs, aut ſeruitoribus negli-
gantur infirmi: quia ad ipsum respicit,
quidquid à discipulis delinquitur. Et
iterum de Cellarario dicit: Infir-
morum, infantum, hōpitum, paupe-
rumq; cum omni ſollicitudine curam
gerat.

Cap. 31.

Abbas quidem multum mere-
etur infirmis fratribus prouidendo,
& ſubſidijs misericorditer viſitan-
do. Nam ex alijs operibus miseri-
cordiæ, charitas eius oſtenditur, ſed
ex hoc præceteris confirmatur.
Vnde in Ecclesiastico dicitur: Non
te pigeat viſitare infirmum: ex hi-
mim in dilectione firmaberis. Apoſto-
lus

Act. 7.

391

Ius etiam inter cætera de quibus
prælatos monuit, de proprijs etiam
laboribus susceptionem, & prouis-
sionem infirmorum induxit, in-
quiens in actibus: *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet su- 354
scipere infirmos, ac meminisse verbi
Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Bea-
tius est magis dare, quam accipere.*
Et quamvis aliqui visitationem in-
firmorum abhorreant, se ipsos ta-
men ad hoc disponere debent, ut
in his non sibi placeant, & quæ ad
ædificationem pertinent faciendo
intendant, eosdem infirmos per-
sonaliter visitando, & infirmitatem
patiéter portando; Vnde Apost.ad
Roman. *Debemus autem nos firmio- Rome, 156
res, imbecillitates infirmorum sustine- 18
re, & non nobis placere. Unusquisque
vestrum proximo suo placeat in bo-
num, ad ædificationem.*

Abbas namque debet omnium
infirmitates in se portare; vt possit

M 3 ani-

270 SPECULI D. BERNARDI

animas lucrifacere Deo, & multos ad salutem adducere. Vnde Apost.

2. Cor. 9. 22. ad Corinth. ait: *Factus sum infirmus, ut infirmos lucrifacrem.* *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem saluos.* Nam ipse portando operibus misericordia infirmitatem corporalium compunctione, debet anxietatem infirmorum in mentis intimis supportare, & compassionem ipsam magis exemplis, quam verbis ostendere: *ut recte possit cum Apostolo illud dicere ad Corinth.* *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Qui scandalizatur, & ego non utor?*

Si enim Abbas debet omnes fratres appellare, & omnes fratres amare: nunquam enim melius potest ostendi debitum fraternitatis, quam tempore tantæ necessitatis; sicut legitur in Prouerbijs: *Frater in angustijs comprobatur.* Vnde si ipse est bonus pater, deber suscipere vulnera

Prouer.
17. 17.

vulnera filiorum, & in se portare magnam partem dolorum. Et quos ipsi mittunt patiendo clamores, debet in proprios recipere dolores: ut sic ipse quodammodo propter filij vulnera videatur ligatus, vt ipsis prouideat sollicitus & attentus; sicut de bono patre dicit Ecclesiasticus: *Pro animabus filiorum colligabit Ecel. 301 vulnera sua, & super omnem vocem 7. turbabuntur viscera eius.*

Malus autem Abbas patris vacuum notmen portans, & solam similitudinem nobilitatis ostendens, & veritatem ex compassione nullam retentans, ostendit se durum ad proprios filios, ac si non essent sui, sicut struthio affectus suos: cui meritò adaptatur quod in Iob legitur: *Penna struthionis, simili est pen- 1ob. 394 nis berodij, & accipitris, quando dere- 130 linquet ona sua in terra.* Et post pauca: *Obliviscitur quod pes conculcit ea, aut bestia agri conterat.* Duratur con-

272 SPECULI D. BERNARDI

tra filios suos, quasi non sint sui. Quid faciurus erit in iudicio, quando filii conqueretur de duro patre? nonne meritò à domino damnabitur, & inferni cruciatibus deputatus erit? iuxta domini sententiam: Quia Jacob. 2. qui misericordiam non fecit, iudicium sine misericordia fiet ei.

130

Dicto superius q̄ non debeat esse negligentia circa infirmos; subiectur hic rubrica de negligentia non adhibenda circa hospites, & pauperes suscipiendos, & adhibenda diligentia circa eos.

Hanc negligentiam Abbas non posset habere, si diligenter veller considerare, quām diligenter hospitibus, & pauperibus prouideri, per B. patrem nostrum præcipitur; & quantum meritum eisdem prouidendo acquiritur. Ipse enim de hospitum susceptione, & de honoris eisdem exhibitione, & pauperum recreatione, capitulum per se cum

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

cum diligentia edidit. Et quod x-
qualiter Christus in eis suscipiatur,
ostendit: Omnes superuenientes ho- Cap. 53
spites, tanquam Christus, suscipian-
tur: quia ipse dicturus est: Hospes fui,
& suscepisti me. Et omnibus congruus
honor exhibetur, maxime tamen do-
mesticus fidei, & peregrinus. Et ita usq;
ibi: Pauperum, & peregrinorum ma-
xime, susceptio omni cura sollicitè ex-
hibetur: quia in ipsis magis suscipi-
tur Christus. Nam diuitum terror,
ipse sibi exigit honorem. Et quanta
eis sit familiaritas exhibenda, idem
Pater ostendit quia mensa Abbatis
eis communicanda, dicens: Mensa Cap. 56
Abbatis cum hospitibus & peregrinis,
sit semper. Meritum enim tantum
in hospitium susceptione acquiritur,
quod viri hospitalis, Deo & Ange-
lis placidi, & amabiles efficiuntur;
Vnde Apost. ad Heb. Charitas fra- Heb. 13:1
ternitatis maneat in vobis, & hospita-
litatem nolite obliuisci. Per hanc enim

M 5 placet

274 SPECULI D. BERNARDI

placuerunt quidam Angelis hospitio re-
ceptū.

Pauperibus & afflictis soluen-
dum est debitum flebilis compas-
sionis ; iuxta illud sancti Iob dicen-
tis: *Flebam quondam super eo qui af-
flictus erat , & compatiebatur anima
mea pauperi.* Maior enim compas-
sio pauperibus debetur : quia tard
ex corde eis miseretur: Sicut enim
diuites multos inueniunt amicos:
ita pauperes habent sibi etiam car-
ne proximos , inimicos ; Vnde in
Proverbijs: *Etiam proximo suo pau-
per per odiosus erit. Amici verò diuitum
multi.* Et idcirco miserenti pau-
peri, beatitudo promittitur : & despi-
cienti , peccati contagium cumula-
tur; Vnde ibidem sequitur: *Qui de-
spicit proximum suum, peccat : qui au-
tem miseretur pauperis , beatus erit.*
Abbas autem ut benedictionem
mereatur , debet ad misericordiam
esse pronus , & ad Eleemosynam
muni-

munificus; ut in Proverb. legitur: *Proneris*
Qui pronus est ad misericordiam, bene- 22.9.
dicitur: de panibus enim suis dedit pau-
peri. Videtur enim Religioni ma-
gnam gratiam facere Deus, quan-
do multis frequentatur pauperibus,
& quando prouidetur pluribus.
Eos enim reliquit saluator discipu-
lis, & eos imitantibus religiosis, di-
cens in Marco: *Pauperes semper ha-* Merc.
bebitus vobiscum, me autem non sem- 14.7.
per habebitis, & cum voluerit uero-
stis eum benefacere.

Vnde nota, quod munificus ad
pauperes, est mercator sapiens, pro-
re modica, magnum thesaurum in
caelis reponens, & vitam æternam
acquirens. Vnde in Matthæo. Da
pauperibus, & habebis thesaurum in Mattæo
caelo. Pauperes enim cum sint Deo
proximiores, si nostri fuerint ora-
tores, familiariter diuinæ loquen-
tur ad aures. Vnde Ecclesiast. De-
precatio pauperis ex ore usque ad au- Ecclesiast.
tres soniet. M 6 Præ- 21.6.

276 SPECULI D. BERNARDI

Prælatus verò qui hospitalitates non secessatur, rapinas committere conuincitur : quia quidquid ultra necessaria retinuit, pauperibus, quorum erat, subtraxit. Et secundum hoc nota cum Gratiano dicensente secundum Hieronymum: Aliena rapere conuincitur, qui ultra sibi necessaria retinere probatur. Et subiungit: Ac sic se per opera pietatis instituat, ut etiam præsentis vitæ subsidia, & æternæ vitæ præmia à Deo percipiat: vtrumque enim pietati promittitur. Vnde Apostolus ad Timoth. dicit: Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem est utilis ad omnia, habens promissionem vitæ quæ nunc est, & futuræ: ab hac si quis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. Si enim vidua in Ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recipit hospitio, quæ pedes sanctorum

rum non lauit , quæ om̄e bo-
num opus non est executa : multo
magis sunt prohibendi à sacerdo-
tio , qui ab opere pietatis proban-
tur alieni .

Attendamus igitur quantum
peccatum est , rapinas de rebus pau-
perum committere , eis viētum sub-
trahere , viscera pietatis claudere ,
necessitatem patientibus non suc-
currere ; dicente Canone : *Qui*
negat misericordiam necessitatem
patientibus ipsum Christum negat.
Et Ambrosius : *Quisquis enim pa-*
scendo seruare hominem poteris , si
non paueris , fame occidisti . Et Hie-
ronymus . Qui clementiam non
habet , nec indutus est viscera mi-
sericordiæ & lachrimarum , quam-
uis spiritualis sit , non adimpleret le-
gem Christi . Ob hæc suādeo tibi *Conſilium*
Abbas : ut bona Ecclesiæ , quæ ut di- *optimū*
cum est , sunt pauperum , Christo in
pauperibus impendas , viētum eis

M 7 non

278 SPECULI D. BERNARDI

non subtrahas, te ipsum misericordem, & hospitalem exhibeas. Officiales ad id voluntarios, & informatos assumas: Deum in hospitiis honores, in pauperibus adores, in misericordia operibus glorifices: te ipsum praebre pietatis executorem, pauperum amatorē, eleemosynarum largitorem, fidelem bonorum dispensatorem: ut onere deposito carnis, cælestem gloriam ingrediaris, & à Christo; quem su-

Matth. 25.21. Sceperas, audire merearis: *Quia super pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.*



CAPIT

CAPITVLVM IV.

IN QVO IN DI-
SCRETAM PRO
TEMPORALIBVS FRA-
trum expositionem, pe-
riculosam osten-
dit.



IRCA aliam particu-
lam huius tertiae par-
tis, quæ illam negli-
gentiam reprehendit Abbatis, quâ Mo-
nachos leues, minusque probatos,
mundo indiscretè exponit. No-
tandum, quod hoc est primò contra
Cœnobitarum statum. Secundò,
saluti contrarium animarum. Ter-
tiò, videtur hoc esse tribus profes-
sionis partibus derogatum.

Quod

Quod istud sit contra Cœnobitarum statum, expressè potest vide-
ri. Innuit enim Beatus P. Bene-
dictus, quod non separatores quam
Cap. 21. 2 XI I. in Monasterio esse debeant,
nec pauciores simul etiam dormi-
ant. Et proptera ubi maior est nu-
merus, Decanos præcipit per Abba-
tem ordinari. Vnde rectè potest
considerari, quod cum Decanus
debeat esse super decem, & ita est
vndecimus, & præpositus super De-
canum, & ita est duodecimus, non
debet esse minor numerus in Mo-
nasterio congregatus. Præterea B.
Benedictus iudicat Sarabaitas, nec
Cap. 1. appellat cœnobitas illos qui bini aut
terni aut certè singuli sine pastore sunt
non Dominicis, sed suis inclusi ouibus.
Vnde satis potes perpendere. Sed
considera & attendas, quantum di-
stat ille status à sanctissimis Cœno-
bitis.

Item tales disperguntur, & lupis
infer-

infernalibus exponuntur, quorum
est rapere, & Christi oves disper-
gere. Vnde in Ioan. *Lupus rapit, & Ioan. 10:1*
dispergit oves. Non pro modico,^{12.}
vel multo, aut aliquo temporali
lucro, illi qui sunt lapides sanctua-
rij, maxime minus in Monasterio
probati, per mundi plateas debe-
rent disponi. Istam dispositionem,
& damnabilem expositionem Hie-
remias deplorat, in Thren, dicens
Dispersi sunt lapides sanctuarij, in ca- Thren.
pite omnium platearum. Et nota,^{4.16}
quod respectu spiritualium sunt vi-
lia, sicut quidem paleæ sunt tempo-
ralia vniuersa. Vnde contempla-
tiuos pro paleis istis recolligendis,
non est boni pastoris, sed pessimi
pharaonis; sicut legitur in Exodo.
Dispersus est populus per omnē terram Exod. 5:6
Ægypti, ad colligendas paleas. Thomæ ^{12.}
etiam dum extra congregationē A-
postolorū fuit, saluator resurgens
non apparuit, sed cum alijs congre-
gatus,

Iean.20. gatus, sanctissimas palpandas accep-
 27. pit manus & latus Propterea la-
 cob benedictus filijs, non eos di-
 spersit, sed etiam congregauit, di-
 cens in Genes. Congregamini, ut an-
 Gen.49.
 1. nunciem vobis qua ventura sunt in
 vobis diebus nouissimis. Vnde sequi-
 tur in fine capituli : *Hec locutus est*
en pater suus benedixit qz singulis, bene-
dictionibus proprijs. Spiritus sanctus
 in super non elegit discipulos ab in-
 uicem segregatos, sed venit super
 eos pariter congregatos : super se-
 dentes resegit : vnamimes inflam-
 mavit: & qui in igne apparuit, igni-
 tos in charitate feruoris fecit ; vt le-
 gitur in Actibus : *Dum compleren-*
tur dies Pentecostes, erant omnes di-
scipuli pariter in eodem loco; vsque ibi:
Apparuerunt illis dispartite linguae
tanquam ignis, sed qz supra singuljs
eorum. Et repleti sunt omnes spiritu
sancto. Onicula sine pastore, lupi est
præda. Idcirco, vt est prædictum,
oues

oues congregat bonus pastor ne so-
las inueniat dissipator sicut legitur
in Ezech. *Visitabo oues meas, & li-* Ezech.
berabo eas de omnibus locis, in quibus 34.12. 1
dispersae fuerant. Et in Ioanne Sal-
uator: *Alias oues habeo, quae non sunt Iohann.10.*
ex hoc Ovili. Usque ibi: Et fiet unum 16.
ouile, & unus pastor. Dispersus nam-
que exercitus facile vincitur: quo-
niam societate mutua non iuuatur:
*Et ideo dicitur in Ecclesiast. *V& soli: Eccles.41**
quia cum ceciderit, non habet suble- 10.
uantem se. Vnde Bernardus cui-
dam Moniali quem sola cupiebat ma-
nere: Agnosco, inquit, filia, agno-
sco, & utinam tu agnoscas serpenti-
num virus, fraudulenti dolum, ver-
sipellis astutiam. Et si sola ouicu-
la umbras penetras, præda vis esse
lupo. Sed audi me filia, audi fidele
consilium: Noli te separare à grege:
ne quando rapiat, & non sit qui eri-
piat.

Quod sit etiam contra illa tria
qua

quæ sunt in professione contenta,
attende superius vbi agitur de illis
tribus, & inuenies, quomodo di-
spersio stulta, poterit esse instabili-
tatis causa. Et qui non habet im-
perantem, non potest sedicere obe-
dientem. Et qui in sæculo habi-
tans sæculariter viuit, mores veraci-
*Nobilis-
femum
docu-
mentum.*
ter non conuertit. Suaderem igi-
tur, cessantibus cauissimis & impedi-
mentis, magis diuersas Ecclesiæ
paruas unam Conuentualem fieri;
vel vbi non esset facile, partem cle-
ricis deseruientibus in illis, & par-
tem Monasterio retineri, quam vel
minus doctos, & probatos Mona-
chos mundanis periculis exponi;
vel vbi pauci sunt ad hoc idonei,
de Monasterio bonas personas ex-
pelli: Et pro illis paleis colligen-
dis, consilio, auxilio, &
exemplo nu-
dari.

C A P I-

CAPITVLVM V.

DE SALVBERRI-
MO SPIRITUALIS
LECTIONIS EXERCI-
TIO FREQUENTANDO.



VIA, quæ ultimæ
dicuntur, solet esse vi-
tenacius memorie
commédentur, hor-
tor in hac parte ultima speculi, tam
Patres quam Fratres, sacra páginae
insistere lectioni : quæ quidem est
omnibus salubris & necessaria, &
nulli Monacho negligenda.

Et notandum circa hoc; quod sumi-
cut cù oramus, ipsi cum Deo loqui-
mur; sic dum sanctam scripturam legi-
mus, Deus nobiscum loquitur. Id
circò,

286 SPECULI D. BERNARDI

circò, sicut beatus P. N. Benedictus nos attentos esse monuit ad deuotionem orationis, ita nōs occupatos esse voluit in studio lectionis. Non enim congruū esse videtur, totum tēpus in psalmodia occupare, orando & cum Deo loquendo, sed nonnūquā intendere lectioni, voluntatem Domini, & eius beneplacitū audiendo. Sicut enim Deus in audiendo non est surdus orantem, sic nec in docendo est mutus legente. Beatus autem P. N. Ben. ad tria voluit Monachum occupari, q̄ identitas esset mater fastidij. Certis enim horis laudibus eum occupat Regula diuinis: vt his Deum laudādo, & in spiritu & veritate veraciter Deū adorando, diuinū adiutoriū suscipiat. Alijs horis volens eum labori manuum insistere ad ociositatē excutiendam, & necessitatibus corporis prouidendum: vt labores suos comedendo, verus Monachus, & beatus fiat.

fiat. Non nullis etiam horis mandat lectioni vacare debere: ut mentem reficiat, & qui ignorabat quæ Deo placent: vel displicant, vtrumq; legendō videat. Et quæ Deo sunt placita faciat, & peccata q̄ Deo displicant non committat. Negligentia etenim orationis, facit ut quasi Deum excommunicatū reputemus, in locutione sibi non comunicando; sed & negligentia lectionis ostendit, vt quasi aures nostri cordis obturem de audiendo vitæ mandatis, & eius beneplacitis nō curando. Hæc duo verò prædicta, in conspectu domini sunt coniuncta. Ut qui non audierit, non audiatur. Et qui lectioni intentus non fuerit, oratio eius execrabilis habeatur; sicut legitur in Prouer.

Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Vnde nota, quod lectio excitatem mentis expellit, intellectum nū vīt ignorantis tribuit, languorem men-
litas
talem

288 SPECVLI D. BERNARDI

talem sanando deprimit, famem spiritualem remouendo reficit.

Circa primum considerandum, quod cæcus nullam scientiam habens, est quasi discretione carens quæ præbet animæ, ut auriga, ducatum, quam etiam S. Pater noster matrem appellat virtutum. Rex enim honorabilis Deus, non cæcitatem elegit in Monacho, sed habentem discretionis habitum vel iudicium, diligit. Vnde Psalmista:

Psalm. Honor regis iudicium diligit. Nec est
95. 74. acceptabilis cæcus regi regum, vt
pote inutilis. Sed qui eius manda-
ta videndo intelligit, est ei gratus &
acceptabilis. Vnde in Proverbijs.

Prover. Acceptus est regi minister intelligens;
14. 35. iracundiam eius inutilis sustinebit. Nā
qui obscuratum habent intelle-
ctum in tenebris ambulant, & cæ-
citatatem cordis patiuntur, & à via
DEI per ignorantiam alienantur.
Et hæc per verba Apostoli Dei ad
Ephesi

Ephes. colliguntur: Hoc, inquit, igitur dico, & testificor in Domino, ut iam non ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quae est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum. Et quod malum ex cæcitate ista proueniat, immediate sequitur: Qui desperantes, semetipos tradiderunt impudicitia; in operationem immunditiae omnis in auaritiam. Hanc quidem cæcitatem Deus illuminat, dum per lectiones sermones suos declarat, & parvulorum sensui intellectum spiritualem præstat; sicut dicit Psalmist. Declaratio sermonum Psalmi tuorum illuminat: & intellectum dat 138.1304 parvuli. Cæcitatem autem spiritualem habentes, & intellectualibus oculis carentes, Dominus in Marco reprehendit dicens: Nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? oculos habentes

N non

290 SPECULI D. BERNARDI

non videtū? & aures habentes non
auditū? Vnde nota, quod ubi non
est scientia, ibi sunt sordes peccato-
rum, & immunditia; sicut legitur
in Osee: *Non est scientia Dei in ter-
ra. Maledictum, & mendacium, &
homicidium, & furtum, & adulterium in-
undauerūt, & sanguis sanguinē tetigit.*

Osee.
4. 1.

Marc. 2.
25:

Circa hęc etiam nota, quod in-
geniosus non debet à lectione ces-
fare, imo debet talentum sibi credi-
tum multiplicare; vt magis intelle-
ctus proficiat: nec ingenio tardus;
vt perlegendō, & operam lectioni
dando, & scripturam sanctam ada-
mando, quem non habet intelle-
ctum, acquirat. Amor enim diui-
ni verbi, virtutem acquirit intelli-
gendi: habenti enim vnum, mi-
rificum Deus dat reliquum. Un-
de super illud Marcii: *Qui habet, da-
bitur ei, & qui non habet, etiam quod
videtur habere, auferetur ab eo;* dicit
Beda: Tota intentione verbo quod
audi-

auditis, reminiscendo & scrutando operam date: quia qui amorē habet verbi, dabitur etiam sensus intellegendi, quod amat: & qui verbi audiendi non habet amorem, etiam si naturali ingenio, vel litterarum sibi callere videtur exercitio, nulla verē sapientiæ dulcedine gaudet. Et post pauca. Nonnunquā lector ingeniosus negligēdo se priuat sapiētia, quam tardus ingenio, sed studiosus, elaborandodegustat.

Præterea lectio in qua sermo domini est, mentales infirmitates sanat, & à morte spirituali liberat. *Psalm.*
Psal. Misit verbum suum, & sanavit 106.30. eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. Nulla enim medicina carnis, infirmitatem sanat mentalem; sed verbum Dei tantum sanat int̄iorem hominem. Vnde in libro *Sap. 16. 11.*
Sapientiæ: In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter saluabantur ne in altam incidentes obliuionem, non possent tuo uti

N 2 adiu-

292 SPECVLI D. BERNARDI

adiutorio. Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed sermo tuus domine, qui sanat omnia. Multa enim consilia salutis sunt in sacra scriptura, & ideo salus debet requiri in ea, & dicitur in proverbijs: *Ibi salus, ubi multa consilia.* Consequens igitur esse videtur, ut vbi non sunt consilia, ibi salus nulla.

*Prouer.
11. 14^e*

*Amos
8. 11.*

*Prouer.
30. 3.*

Item fames spiritualis est verbi Dei carentia, quam Deus contra peccatores immisit ex indignatione sua multa; de hoc dicitur in Amos: Ecce dies veniunt dicit Dominus, & mittam famen in terram: non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Sed qui in messe sacræ scripturæ congregat sapienter, ab hac fame liberatur misericorditer; sicut legitur in Proverb. Non affliget Dominus fame animam iusti: Et ita usque ibi: Qui congregat in messe, filius sapiens est. Divitiaz namque sacræ famen istam exclu-

excludere possunt, & regales delicias in se intendentibus impédunt: Aser enim diuitiæ interpretatur; de quo in Genesi legitur. *Aser pinguus panus, & præbebit delicias regibus.* In Genesi 49. 20.
 hac enim est cibus deliciosus, vitæ scilicet & intellectus. iste panis sacræ scripturæ, est sine labore paratus, delectabiliter conditus, omnem suavitatem saporis continens, & interioris hominis voluntati deseruiens. Non est autem hæc delectatio terrestris, sed cibus in via cælestis.
 De hoc in lib. Sap. legitur: *Paratum sap. 16.
 panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Et post pauca: Et deseruiens unius cuiusq; voluntati, ad quod quiq; volebat, conuertebatur.* Nec mirum si est delectabilis sacræ scripturæ panis, seu lectionio: nam eius recta expositio, est mentis oculorum apertio, ex qua sequitur diuina cognitio. Vnde in

N 3 Luca:

294 SPECULI D. BERNARDI

*Luc. 24.
15.* Luca : Factum est dum discumberet
cum illis, accepit panem, & benedi-
xit : Vsque ibi : Aperti sunt oculi eo-
rum, & cognoverunt eum in fractione
panis.

Ad præmissa verò notare possumus, quod ex defecu & negligen-
tia lectionis, sequitur vilipensio
grauium peccatorum, conculatio
sacramentorum, omissione maximo-
rum, & appreciatio minimorum.

Circa primum expertus sum,
quod in quibusdam regionibus &
Religionibus, nonnulla peccata
grauissima, propter ignorantiam
sacræ scripturæ & Canonum, sunt
reputata minima, vel nulla. Inter
quæ, dum simoniæ flagitium non
cognoscebatur, Monachos deci-
piendo, beneficia conferendo, ad-
ministrationem spiritualem fratri-
bus committendo, non vitabatur
publicè sed committebatur. Hoc
autem scelus ita grauissimum esse
no-

noscitur, quod perpetrantes per sa-
cros Canones heretici iudicantur.
Ipsa simonia heres is appellatur, &
inter excepta crimina numeratur,
in tantum, q̄ quilibet ad testifican-
dum contra simoniacum, etiam
meretrix admittatur. Lege decre-
tum, & decretalium de simonia ru-
bricam, & inuenies hoc pessi-
mum & detestabile vitium, à Deo,
& sanctis Patribus, & à summis
Pontificibus, grauiter persecutum
pœnis, & sententijs. Quod quidem
non benè intelligit, qui sacris scri-
pturis, & sanctorum Canonum le-
ctionibus, non attendit. Cuius de-
testationem ille potest considerare,
qui lectioni instando, diligenter
vult attendere, filium Dei contra
illos ementes & vendentes, quasi
totam suam mansuetudinem de-
posuisse, & flagellum de funiculis,
ad illos flagellandos secisse, eorum
cathedras euertendo, eorum pecu-

N 4 niam

296 SPECVLI D. BERNARDI

niam effundendo , ipsos à templo
Patris expellendo , ac eos latrones
publicè appellando . Quis dum hoc
diligenter attenderet legendo , in
tam detestandum facinus incidere
ausus esset ? Posito autem exemplo
de simonia in sacra scriptura , singu-
la vitia sub pœnis & terroribus ma-
ximis , à Deo prohibita , & senten-
tijs in eo prolatis acerrimè iudica-
tur , qui non legit , vel à prædicatore
non audit , plenè non considerat ,
nec attendit , & in ipsis ea vilipen-
dens offendit .

Prouenit etiam concusatio Sa-
cramentorum , ex omissione lection-
is ob defectum deuotionis . Quia
sumentes vel confidentes virtu-
tem , eorum veritatem non agno-
scunt , & ideo ad ea irreuerenter , &
non purificati accedunt . Non e-
nim attendunt ad sacramentum al-
taris , quod sit in eo sacramentaliter
corpus verum , & verus saluatoris
san-

sanguis , & plenitudo diuinitatis cum veritate humanitatis. Quod si legerent, & periculum indignè sumentium , & confitentium attenderet, non irreuerenter, nec impurificati accederent. Sunt enim illi qui hæc non considerant nec attendunt, sicut animalia discretione carentia, qui nec in factis inspiciunt dignitatem , nec in rebus optimis preciositatem . Tales porcis & canibus comparantur, quibus preiosa dari & sanctissima, prohibetur in Matth. *Nolite dare sanctum canibus, Matibus neq; mittatū margaritas vestras ante 7. 6.*
porcos. Consideretur igitur ex sacra lectione dignitas sacramentorum, & utilitas eorundem: & quod dignè sumens sacramenta altaris, efficitur de corpore sanctæ Matris Ecclesiæ , & peccatis non impedientibus, Christo mirabiliter unitur, & unus cum eo spiritus efficitur, & qui ad hoc accedit indignus & ir-

N 5 reue-

298 SPECULI D. BERNARDI

reuerenter, seipsum occidit crude-
liter, dum sibi iudicium manducat:
quia hoc propter ignorantiam non
dijudicat, & quantum in ipso est,
mortem procurat Saluatoris: Vnde

1. Cor. 11. 27. Apostolus ad Corinth. *Quicunque
manducauerit panem hunc vel biberit
calicem Domini indignè iudicium sibi
manducat & babit: non dijudicans*

*Corpus Domini. Ibi glossa S. Ambro-
sij: Mortis Christi pœnas dabit, &
ac si Christum occiderit, punietur.
Quid n. aliud est Sacramētum Do-
minici corporis indignè vel irreue-
renter sumere, quam ipsum pedi-
bus irreuerentia conculcare? Ideo*

Psal. 55. 30. illud Psalmistæ: *Conculcauerunt me
inimici mei tota die. Vnde Ecclesia*

*Sanctorum potest conquerendo il-
lud dicere Domino, quod dicitur*

1. Mach. in lib. Machab. 3. 51. *Sancta tua concul-
cat a sunt, & contaminata sunt. Hoc*

autem

autem, ut prædictum est, non faceret, qui dignitatem Sanctorum Sacramentorum attenderet, & eorum utilitatem ac preciositatem sacris litteris didicisset.

Præterea ex omissione lectionis, ignorantia talis accidit, quod quis minima magna, & maxima minima esse credit. Templum enim Domini sanctum, quod sumus nos, & Christi sponsa, quæ est fidelis anima, polluitur, & propter ignorantiam scripturarū de ipsius immunditia non curatur. Diabolus enim qui est adulter, animam illuminatam per assiduitatem lectionis, non de faciliter trahit ad consensum pollutionis. Ipse autem, ut trahat ad actum immunditiae, obseruat caliginē ignorantiae; sicut legitur in Job *Oculus adulteri obseruat caliginē*, dicens: Non Job 24:5
me videbit oculus. Hoc igitur maximum, ab ignorantie reputatur minimum, quod ignorantis anima,
quæ

quæ fuerat Christi Sponsa, viliter
prostituatur, & ipsius adulteri me-
retrix efficiatur. Nec est modicus
error, quod parietes materiales
multa curiositate depinguntur, &
vilipensis spiritualibus curiosè or-
nantur: ut magis legat curiosus Mo-
nachus in parietibus, quam in codi-
cibus. In quo si non puderet cu-
riositatem, tæderet vtinam expen-
sarum sumptuositatem... Quæ e-
nim essent pauperibus eroganda, &
in charitatis operibus expendenda,
ponuntur in parietibus farua curio-
sitate, omissa necessariâ, sancta, &
utili charitate. Hoc reprehendit
Beatus Bernardus inquiens: O va-
nitas vanitatum! Sed non tam va-
nier, quam insanior. Fulget Eccle-
sia in parietibus, & in pauperibus
eget: suos lapides induit auro, &
suos filios nudos deserit. De sum-
ptibus egenorum seruitur oculis
diuitum, inueniunt curiosi quo de-
lecten-

lectentur, & non inueniunt miseri
vnde sustentetur. Idem, in claustro
coram legentibus fratribus, quid fa-
cit illa ridiculosa mōstruositas? mi-
sericordia quidem deformis for-
mositas, ac formosa deformitas.
Quid immundæ simiæ, quid feri-
leones, quid maculosæ tigrides,
quid milites pugnantes, quid vena-
tores tubicinantes? Videas sub v-
no capite multa corpora, & rursus
in uno corpore multa capita. Tam
multa denique, tamque mira di-
uersarum formarum appetit ibi
varietas, ut magis libeat legere in
marmoribus, quam in codicibus,
totumque diem occupare singula
ista mirando, quam in lege Domini
meditando. Prō dolor, si non pu-
det ineptiarum, cur non pigeat ex-
pensarum. Idem, Oratorij immen-
sæ altitudines, immoderatæ longi-
tudines, superuacuæ latitudines,
sumptuosæ depositiones, curiosæ
depictio-

depictiones, dum in se orantium
retorquent aspergum, impediunt
aspergum. Attende igitur, si illa non
videntur consideratione digna, ex
quibus anima Christi sponte, Deo
subtrahitur, ut ab infernali adulter-
ro corrumpatur. Et illa maxima
negliguntur, quæ animam ad Deo
placendum componunt, ac hospi-
tium mentis ad Dei habitationem
ordinant. & disponunt. Quam ma-
xima est iactura, & quam fatua, &
periculosa cura! Minima curiosa
componere, & multis sumptibus
adornare, quæ solos oculos pascant
corporis, & ex quibus sumptibus
fatuis, subtrahitur vietus egenis.
Quantus est illuminationis dese-
sus, & quam stulta ignorantia, qua
quis delectatur in superuacula & va-
na pictura, & nulla delectatio appo-
nitur in Sacra Scriptura?

Conslīū Si adeo enim non curare de istis
amicū minimis, & intentionem ponere
in

in perpetuis & magnis. Illa quidem admonet Sacræ Scripturæ lectio pro nihilo ducenda, & hæc omni amoris studio amplestenda. Quocirca lectionem ama, studium frequenta, in ipsis te occupa, vanitates deuita, in ipsa lectione te ipsum debita consideratione circumspice, Saluatorem tuum tota intentione contemplare: ut quem vides nunc in ænigmate per Scripturæ speculum, videoas facie ad faciem in æternum..

Amen.

Servtus gen Paderb.


Errata sic corrige.

Fol. 3. v. 9. lettitau. 15. v. 19. ros. 26. v.
21. balsamo. 30. v 18. dele in. 35 v. 6. ten-
tationum. 37 v. 6 dele de. 61 v. 10. saluare.
119. v. 5. dele ad. 137. v. 22. ne 148. v. 26
ad. 241. v. 13. sit. 244 v. 20. eis.

F I N I S.

卷之三

卷之三



Speculum
Bellaria
di...
Gassin

Th
2842